DE ORIGINE, ET ATAUIS HUGONIS CAPETI, ILLORUMQUE CUM CAROLO MAGNO, ...

Matteo Zampini

Digitized by Google

DE ORIGINE, ET ATAVIS HVGONIS CAPETI, ILLORVMQVE cum Carolo Magno, Clodoueo, atque antiquis Francorum Regibus, Agnatione, & Gente.

Matthæi Zampini, Recanatenſis. I. C.



PARISIIS,

Apud Thomam Brumennium, in clauſo Brunello, ſub ſigno Oliuæ.

1581.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

1872

14. J. B

38

Digitized by Google

HENRICO III. FRANCIÆ REGI, ET I. POLONIÆ, Chriſtianiſs. Regum Maximo.

EA eſt ſumma illa, illuſtríſque gloria, Chriſtianiſſime Princeps, Maxime Regūm, qua Capetus, Robertus, Ludouicus Craſſus, Philippus Auguſtus, Diuus Ludouicus, Philippus Valeſius, cæteríq; à Capeto maximi Principes claruerunt: adeóque ſplendoris ſui luce oculorum omnium aciem ad ſe traxit pariter atque perſtrinxit: vt cùm ij, qui ad nos vſque, vel paulo ante nos, vixere, illam ſummum at-

tingere, culménque trãſcendere ſatis viderẽt: fixi in illa, immersíq; omnes, ita hæſerint, antiquioríſque nobilitatis, maioriſue lucis cumulo, ſplendorẽ illius ſplẽdidiorem reddere cunctanter adeò diſtulerint: vt qui Roberti, Capeti proaui, Maiores fuerint, aut quærere, aut poſteris tradere, ferè penitus prætermiſerint. Hinc Faramundus (vt taceam remotiores) qui huius Florentiſſimi Regni, quod fuit poſtea in Galliis propagatum, fundamẽta iecit: Meroueus, qui ſua potiſſimum virtute Gallias ab Hunnorum incendiis, vaſtitatéque liberauit: Clodoueus, qui Francos Chriſto Lucratus fuit, quiue primus Regum, pro religione, in hæreticos ferrum ſtrinxit: Carolus Martellus, qui vnà cum *vxoris ſuæ fratre* Childebrando ſummo duce, à quo Tu Princeps Maxime ducis originem, multa cum pruden

tia, inuictáque fortitudine orbem vniuerſum ab iugo Saracenorum ſubtraxit: Pipinus Paruus, Carolus Magnus, & Ludouicus Pius, qui ardenti cum pietate & Romanam Eccleſiam ſæpius ſunt tutati, & Chriſti fidem in Friſios, Saxones, Alemannos, Polonos, & Hunnos, vlterioréſque in feras gentes propagarunt: Alij deníque complures de Francorum *Republica Chriſtianáque religione* benemeriti Reges: *iis* ſpoliati fuere Poſteris, qui rebus ſanctè, felicitérque geſtis ipſoſmet Maiores ſuos, & ſi infimi, incognitíque iacerent, in ſummam lucem erigere, ac conſtituere poſſent. Quod quidem cùm ipſe animaduertiſſem, & meis diffiſus viribus, quas tenues eſſe, atque imbecilles plus nimis, intelligo, alium, qui induſtria, ingenio, eloquentia felicior, illuſtri labore, tantorum Heroum

cauſam amplecteretur, diu, fruſtráque expectaſſem: impatiens tandem longioris moræ,& ne perpetuò tanta afficerentur iniuria tot ſummi Principes, eorum fretus optimo iure, eorumque in humanum genus beneficentia ſubleuatus, ſuos ipſis, atque eorum generi poſteriores reſtitui. Sed quoniam hoc inſtitutum (licet iam ante annos octo abs tenebris vindicatum) niſi alicuius ex iis, qui nunc ſunt glorioſis Principibus quaſi vmbra tegatur, fulgoréque clareſcat, in hominum cõſpectũ exire, lucémque ſufferre non poſſet: atque idcirco amplum hoc Chriſtiani orbis Theatrum vndíque perluſtraſſem: Auguſtiſſimam dũtaxat Maieſtatem tuam eam eſſe, cuius tutelari faſtigio dicari, cuiuſue ſplendidiſſimæ luci offerri deberet, meritò exiſtimaui. Tu enim ille es, in quo vno Fratrum, Parẽtum,

Digitized by Google

Maiorumque tuorum (quos pubertatem non dum egreſſus, aſſecutus es gloria,& pietate) religioſa pietas, illuſtríſque gloria, firmiorem ſedem habent,&clarius in te vno omnis eorum emicat ſplendor: Tu ille, quem anteDuctorem ſtrenuum,inuictúmque imperatorem ſenſere,cuiuſue victrici dextræ,ante ſuccubuere fortes, cautique duces,quàm militem credidiſſent:Tu ille, qui & ſi in ſpem Regni natus,Regúmque Filius, Nepos, & Frater eſſes, Longè nihilominus ante,prudentis Regis indole, te Regem oſtendiſti, quàm Regnum haberes:atque ideò te modo Poloni ex ipſa Francia Regem petitum cupidiſſime abſtrahunt, modo te Franci tui ex tua Polonia quæſitum amantiſſimè retrahunt: Tu ille,qui vnus rerum geſtarum fulgoribus, inclytíque nominis maieſtate, omnes Germaniæ

Digitized by Google

omnéſque exinde Italiæ Principes, & populos in tui admirationem, venerationémque rapuiſti: & propterea iidem te vt verè Heroem receperunt: Tu inquam ille, à cuius inſigni probitate expectat Chriſtiana Reſpublica, vt collapſum piæ religionis cultum virtute reſtituas, prudentia formes, iuſtitia firmes, pietate conſerues. Tibi itaque illud, Principum Maxime, deuoto animo ſacro: Téqueper bonitatem tuam enixè oro atque obſecro, *vt ipſum*, tot Supremorum Principum, Maiorum tuorũ, cauſam agẽs, tutum tuo clareſcere lumine patiaris: Neue potius maieſtatis tuæ immenſam amplitudinem, quam Dei inſtar, gratum deuouentis animum reſpiciẽdam putes: Neque id parum, quod potui, ſed id multum, quod volui, debuique regali benignitate hilari frõte recipias: Deniq; vt Te ipſum, Fratres,

Digitized by Google

Parentes,Maioréſque Capetos tuos, Carolo Magno,Clodoueo, & Gentilibus tuis antiquis Heroibus,in tanta doctiſſimorum virorum copia, quibus Francia abundat, per me reſtitutos eſſe boni conſulas. Vale diu feliciter Rex Chriſtianiſſ. vt Regnum Frãciæ diu inteſtinis quaſſatum malis, tuæ maieſtatis virtute, in antiquum ſplendorem, atque opimam pacem reſtitui poſſit,& Tu partis pro pietate victoriis,triumphíſque illuſtris,illud cõſequaris Regnum, cuius coronam in cælis expectare apertè profiteris. Ex tua Francorum ciuitate regia, Salutis anno M.D.LXXXI.

MAIESTATIS TVÆ CHRISTIANISS.

Addictiſſimus ſeruus
Matthæus Zampinus.

Digitized by Google

AVTORES, QVORVM teſtimonia inferius ſunt relata.

Ado, Viennenſis.
Adrianus, Barlandus.
Aimoinus.
Albertus, Crantius.
Annales Regum *Francorum Pipini, Caroli, & Ludouici.*
Annales Andegauenſium , lingua gallica.
Antoninus Hiſtorialis.
Autor Genealogiæ Regum *Hiſpaniæ.*
Baptiſta, Mantuanus.
C*aſſaneus.*
C*hriſtianus, Maſſeus.*
C*laudius, Seyſellus, lingua gallica.*
C*onradus, Vrſpergenſis.*
C*onradus, Peutingerus.*
C*ronica conicarum, lingua gallica.*
Claudius Paradinus, lingua gallica.
D*auid,* C*hythereus.*

Digitized by Google

Dares phrygius.
Dictys Cretenſis.
Dionyſius Alicarnaſſeus.
Eginhartus.
Flauius, Blandus.
Franciſcus, Irenicus.
Gregorius, Turonenſis.
Gotfridus, Viterbienſis.
Gulielmus, Paradinus, lingua gallica.
Herodotus Alicarnaſſeus.
Hieronimus, Gebuilerius.
Hucbertus, Thomas, Leodius.
Iacobus, Meyerus.
Iacobus Wimphelingius.
Illuſtrationes Galliæ, lingua gallica.
Ioannes, Boccatius.
Ioannes, Tritemius.
Ioannes, Briſeus.
Joannes, Tilius.
Ioannes Laziardus.
Ioannes Buccettus, lingua gallica.
INNOCENTIVS 3. PONT. MAX.

Digitized by Google

Ioannes Vaſeus.
Lex Salica.
Liber cui titulus, les faitz memorables aduenuz depuis Pharamond. *lingua gallica.*
Marianus, Scotus.
Martinus, Polonus.
Mater Hiſtoriarum, & Cronicarũ Franciæ lingua gallica.
Matthæus Beroaldus.
Nauclerus.
Nicolaus Vignerius.
Nicolaus Ægidius, lingua gallica.
Onuphrius, Panuinus.
Otto, Friſigenſis.
Paulus Diaconus.
Paulus, Æmilius.
Petrus, Marenus, lingua italica.
Regino, Prumienſis.
Richardus, de Waſſemburgo, lingua gallica.
Robertus, Gaguinus.

Digitized by Google

Robertus, Cenalis.
Sigibertus.
Stephanus Luſinianus, lingua Italica.
Symphorianus, Campeggius.
Turpinus.
Vgo, Gemblacenſis.
Vincentius, Hiſtorialis.
Witichindus, Saxo.
Wolfgangus, Lizius.

Errata.

Auos, lege Atauos, pagina 2. linea 16.
Nullus, lege Nullum. pagina 7. linea 16.
omnibus, lege ominibus. pagina 16. linea 8.
lib. 4. lege lib. 7. pagina 18. linea 11.
quidem, lege quidam. pagina 21. à tergo, linea 21.
Bulgas, lege Belgas. pagina 45. linea 19.
dimit, ſi ſed, lege dimiſit, Sed. pagina 55. à tergo, linea 17.
extra, lege in Decretal. pag. 57. a tergo, linea 17.
reerat, lege referat pagina 60. linea 5.
haheo, lege habeo. pagina 62. linea 17.
1 de Cimmeriis, lege 3 de Cimmeriis. pa. 62. à tergo, li. 21
filio, lege Tilio. pagina 69. à tergo, linea 2.

Digitized by Google

INDEX PRINCIPALIVM locorum.

TEſtimonia,quæ Capetum origine Saxonem, & Witichindi abnepotem probare videntur. *fol.4.*

Rationes, *quæ* Capet*um ex* Witichindo, *& Saxonia originem trahere non potuiſſe,apertè demonſtrant.* *fol.6.*

Teſtimonia,& argumenta, quæ Capetum *Francum,Principemq́;fuiſſe, atque ex antiquis Francorum* Regib*us genus duxiſſe,neceſſario aſtruunt:* *fol.25.*

Contrariorum *confutatio.* *fol.59.*

Stemmatum à Sancto *Arnulpho ad* Carolum *Magnum, atque* Capetum,*vſque, delineatio.* *fol.76.*

Digitized by Google


Extraict du Priuilege du Roy.

PAR lettres patentes du Roy noſtre ſire à Paris, ce quinzieſme Feurier 1578. ſignees ſizes & ſeellees du grand ſeel de cire Iaune, il eſt permis au ſieur Matthieu Zampini, de faire Imprimer vn Liure intitulé, *De Origine & Atauis Hugonis Capeti*, par tels libraires où imprimeurs que bõ luy ſemblera, & defenſes à tous autres libraires ou Imprimeurs d'imprimer ou faire Imprimer n'y mettre en vente d'autre impreſſion que celle de Thomas Brumen Libraire iuré, auquel il a donné puiſſance de ce faire pour le terme de dix ans, & ce en quelque langue que ce ſoit ſans ſon conſentement ſur peine de confiſcation deſdits liures & d'amande arbitraire comme plus à plain eſt contenu dans leſdictes lettres leſquelles ſa Majeſte veut eſtre ſuffiſamment ſignifiees par ce preſent extrait.


Digitized by Google

Digitized by Google

ARNVLPHO AD
& Hugonem Capetum.



STEMMATA A SANCTO
Magnum,



PRÆFATIO.

NON potui non mirari, quoties Hugonẽ Capetum eius familiæ, quæ ab annis ſexcentis ſceptro, maieſtatéque regni in Frãcia potitur, facilè principem, ex Witichindo Saxone patria extorre originem traxiſſe, aut audiui, aut legi: & ſi vno ore omnes hoc idem prædicant æque ac ſcribunt. Didiceram enim dum rudimenta iuris ponerem, Philippum Auguſtum trinepotem Capeti, teſte Innocentio.iij. ex Caroli Magni genere deſcendiſſe. Nec verò mihi ſimile videbatur, aut lapſum fuiſſe tantum Pontificem, aut Francorum proceres, Francorúmque gentem ipſam (Principi ſuo ſi qua alia ad mortem vſque penitus addictam) &

qui Pipinorum Craſsi, & Parui, Carolorúmque Martelli, & Magni, ac Ludouici Pij ſplendorem, & in Francorum Rempublicam merita ante oculos haberent, Regem, qui aut à Caroli Magni, aut ab illius, à quo Carolus Magnus genus duxerat, ſtemmate non proceſsiſſet, recepiſſe. atque hanc ipſam opinionem mordicus adeò retinui, vt Hugonem Capetum Caroli Magni gentilem, ac conſanguineum eſſe non ſecus duxerim, ac Carolus Magnus ipſe Clodouei Magni conſanguineus, gentilíſque fuit ſemper ab omnibus exiſtimatus. At cum ſtudio adhibito Capetum aut ex Witichindo, aut ex Saxonia non deſcendiſſe, quinimmo Francum fuiſſe, & ex regio Francorum ſanguine genus duxiſſe, clarè nimis, apertéque compererim: ne minima quidem de ſententia illa mea perſtitit ampliùs penes me dubitatio. Denique agnitis Capeti Atauis, atque maioribus, re ipſa id verum eſſe cognoui, quod pertinaci opinione fueram antea ſemper amplexus: nempe quod ipſe Capetus ab eodē-

Digitized by Google

met ſtipite deſcẽderit, à quo Carolus Magnus prius etiam deſcendiſſet. Et licet Capetus, & qui ab eo deſcenderunt ſplendidi Principes, nec Clodouei, nec Caroli fulgoribus indigeant: cùm nihilominus digna ſint Clodouei, Caroli, Capetíque ſtemmata, vt & illa horum illuſtrentur fulgoribus, & his illorum præluceant ſplẽdidæ faces: opinionẽ hanc, vt alij eam pro Clodouei, Carolíque, atque Capeti, decore & ornamento perpolire, illuſtraréque poßint explicare operepræcium fore exiſtimaui: licet non me lateat complures fore, qui hoc meum inſtitutum & arrogantiæ, & imprudentiæ labe notabunt: Dabunt enim alij arrogantiæ, quod is cùm eſſem, qui eius iuris, quod albinatus dicunt, in Francia ſim aſtrictus, hos Capeti Auos, hosue Maiores edere præſumpſerim, quos ab annis ſexcentis, tũ Galli, tũ exteri, aut ſub ſilẽtio preteriêre, aut diuerſos, & ab illis alios penitus aſſeruêre. Video etenim aperte ſatis poſſe me, & facilè quidem hac nota liberari, quòd multas editas eſſe ſcio per hoſce annos tum Ita-

lorum, tum Germanorum Principum, genealogias: & his omnibus eas origines, eáſque propagationes redditas fuiſſe, quas licet debitas, pernobiles nihilominus, & antiqui ſcriptores aut reticuere, aut laceras, & ab illis longe diuerſas itidem nobis tradidere. Nam ſi illarum autoribus vitio datum nõ eſt, aut quod ab antiquioribus diſceſſerint, aut quod ea promulgauerint, quæ illi reticuerant, ageretur vtique mecum non admodum æquo iure, ſi id mihi non permitteretur, quod fuit omnibus hucúſque cõceſſum. Aſcribent alij imprudentiæ, quòd cum is non eſſem, qui eam dicendi facultatem, quæ argumento tam illuſtri conueniret, haberem, id nihilominus pertractare ſim auſus. At reſpõderi & his poſſe etiam non ignoro, à me, qui in Bartoli, Baldi, huiúſque claſsis autorum ſcriptis euoluendis ætatem conſumpſerim, & qui verum proferre duntaxat profiteor, verborum verò lenocinium nec venor, nec polliceor, non admodum iuſta actione latini ſermonis exactam puritatem, Romanámque eloquentiam

Digitized by Google

exigi debere. Itaque animum non deſpondeo quin, æqua æſtimatione ſi cēſeatur conatus hic meus: poſsit non minus ad ſinceri, deuotíque animi propenſionem, quàm ad notam arrogantiæ, imprudentiæ ve referri. Pertinaci enim inquiſitione, obſtinatáque diligentia laboraui vt illa è tenebris eruerem, quorum luce non alicuius gloria obnubilaretur, ſed Francorum Regum augerentur ſupremi honores, cōnecterentur illuſtria facta, triumphíque cumularentur. Profiteor enim Hugonem Capetum non ex Saxonia, & Witichindo, ſed ex Gallofrancia, & eiſdemmet antiquis Francorum Regibus, ex quibus Clodoueus, & Carolus Magnus fluxerant, proceſſiſſe. Nam et ſi Witichindi, Saxonúmque Principum gloria, ex quibus tot Henrici, tótque Ottones, Reges, Imperatoréſque prouenere, non niſi illuſtris, & ſumma exiſtimari poſsit non eā tamen cenſendam eſſe puto, quæ illi primas non cōcedat, qua tum curſu rerum, tum magnitudine ſplendida, ij fulſere Principes, qui præter Arnulphum, &

Clodulphū, fulgida cæli numina, prҿter Martellum, & Childebrandum, ſtrenuos orbis defenſores, rectis, notíſque ſtemmatibus, ad Clodoucum, Carolum Magnum, & Hugonem vſque Capetum, ſummorum Principum, Regum, & Imperatorum centurias proferre poſſunt. Horum enim gentiles Heroes tam felici fuêre ortu procreati, vt à remotiori nominis ſui memoria, per orbem vndíque fulgores ſparſerint, opima Franciæ regna conſtituerint, atque abſoluto Imperio, continuata ſerie, curſúque nunquam interrupto, perpetuo imperarint: vt deníque Reginas innuptis regibus, regnísque ad interregna labentibus, Reges impartiti fuerint. Pro quorum altero Europa vniuerſa, pro altero Neapolis, Sicilia, Vngaria, & Polonia iam diu teſtimonium dixêre, & pro vtroque hac noſtra tempeſtate Hiſpani, Nauarri, vtrique Siculi, Afri, Scoti, nouus orbis, Allobroges, Lotharingi, Inſubres, & hiſce diebus rurſus Poloni fidem facere poſſunt. His enim ferè omnibus Henricus Valeſius & Catherina

Digitized by Google

Medicea, cũ ſumma Dei *bonitas diuturnã eorum ſterilitatem in ſummã fœcũditatem cõuertiſſet, Reges, Reginas Principéſque dederunt. Quæ omnia cum aut nimis per ſe clara ſint, aut alij permulti clarè ſatis oſtenderint, id ipſe duntaxat demonſtrare inſtituti noſtri fore cenſui, Hugonem nempè* Capetum *ex* Clodouei, Ca*rolíque agnatione, ac gente, originem, genusq; traxiſſe. Idque vt efficiam, hunc ordinem obſeruabo.*

Vt in primis ad verbum teſtimonia referã, quæ Capetum *Saxonẽ origine, & Witichindi abnepotem probare videntur.*

Exinde rationes adducam, quæ Capetum *ex Witichindo, & Saxonia originem trahère non potuiſſe aperte demonſtrant.*

Præterea teſtimonia, & argumẽta afferam quæ Capetum *ex Francis orientalibus, Francorúmque regio ſanguine genus duxiſſe verouerius aſtruũnt.*

Teſtimonia inde contraria confutem.

Et tandem ab ſancto Arnulpho, unde v-

Digitized by Google

trique genus,ad Carolum Magnum, atque Capetum,vſque ſtemmata explicem.

Teſtimonia, quæ Capetum origine Saxonem, & Witichindi abnepotem probare videntur.

INter illos, qui ex Saxonia, & Witichindo Capetum opinantur, princeps eſſe videtur Conradus Abbas Vrſpergenſis: is enim in ſuo cronico dum Odonem, quem ipſe Ottonem nominat, in regem creatum refert, ait, ſub anno
» *886. Otto vir militaris & ſtrenuus à principi-*
» *bus Galliæ Rex creatur in palatio Compen-*
» *dij. Hic patrē habuit ex equeſtri ordine Ruot-*
» *pertum, auum verò paternum Witichinum ex Germania profugum. Ne detur vitio ſi de Capeto propoſita quæſtione inducuntur de Odone teſtimonia, vt inferius de Roberto patre, & filio etiam inducentur: quia huius Roberti, de quo Vrſpergenſis dicit, filij fuerunt Odo, &*

Digitized by Google

Robertus, & huius iunioris Roberti ex filio nepos fuit Hugo Capetus. qua de re quicquid in hac quæſtione de horum aliquo probatur, concludit etiam & in omnibus.

Eſt eiuſdem ſententiæ Onuphrius Panuuinus, de quo eò magis miror, quò eum omniũ, qui res antiquas illuſtrarunt, diligentiſsimum fuiſſe agnoſco. At is dum ſtemmatis Hugonis Capeti ſtipitem ponit, lib. iiij. eius libri, cui Romanorũ principum, & eorũ, quorũ maxima imperia in Italia fuerunt, titulum fecit, ait.

« *Witichindus Saxogermanus vir nobiliſsimi generis domo ſua extorris in Franciam venit ſub Rege Francorum, & Imperatore Ludouico Pio Auguſto. Robertus Witichindi filius.*

Eandem habet opinonem Wolfgangus Lazius, qui libro de Migrationibus gentium iij. dum de Cimmeriis loquitur, & Andenſium Marchionum genealogiam ponit, inquit.

« *Witichindus Saxo à Carolo Caluo mer-*

Digitized by Google

„ *cede conductus aduerſus Nortmannos Armo-*
„ *ricam, ſiue Neuſtriam infeſtantes.*
„ *Rupertus Witichindi filius.*

Aſtipulatur Aimoinus, qui licet Witichindum non nominet, Saxonicam nihilominus originem Odoni tribuit. lib. v. hiſtor. cap. 41.

„ *Supererant autem duo filij Roberti Comitis*
„ *Andegauorum, qui fuit Saxonici generis vir,*
„ *ſenior ex his Odo dicebatur, Robertus alter pa-*
„ *trem nomine referens.*

Et illuſtris ſcriptor Flauius Blondus: qui lib. hiſtor. ij. decad. ij. ait. Franciæ autem Re-
„ *gno primum Carolus puer cognomine ſimplex*
„ *præficitur: Deinde eo deiecto, Roberti quondã*
„ *Saxoniæ ducis filius Otho in Francorum Re-*
gem aſſumptus eſt.

Et Paulus Æmilius nobiliſſimus Hiſtoricus Saxonicam originem eiſdem tribuit. Hic lib. hiſtoriarum iij. Sub Carolo Caluo, dum mortem Roberti proaui Capeti refert, ait.

„ *Superuenit Normanorum tumultus, fines*

Digitized by Google

Nannetum, Turonum, Pictonum populabātur, ei Dux Aquitaniæ Ranulphus, & Robertus fortiſſimus procerum, comes Andium, à proceribus Saxonum oriundus, Saxonum etiam à Caluo mercede conductorum auxiliis ſubnixus, occurerunt, ſua ei virtus, nobilitáſq; & præclara facinora parum profuêre, collatis ſignis in prima acie pugnantes occubuêre. « « « « « « « «

Ioannes Tilius perſpicaciſſimus cronicorum eundem Capetum Gallum non francum, & alienum propterea à Carolo magno innuit. Huius dum Frācorum Regum ſucceſſiones enumerat, verba ſunt. ſub anno. 988.

Hugo Capetus. xxxv. & primus Gallus Gallorum Rex. « «

Eiuſdem opinionis apertè eſſe videtur Chriſtianus Maſſeus, dum lib: xv. ſui cronici, ait.

Anno. 986. Lotharius Francus obiit, Ludouicus filius ſucceſſit, anno proximo defuncto Ludouico, patruus eius Carolus debebat ſuccedere, ſed Capetus comes Pariſiorum vſurpauit Regnum, quod tenuit annis nouem, & hic « « « « «

primus à ſtirpe Caroli magni alienus.

Et ne omnes recitem, ſcribentium, quinimmo omnium cõcors ſententia eſt, Capetum, & ſuos Saxonicam originem habuiſſe. Quam vt non veram eſſe demõſtrem, ad id, quod ſecundo loco propoſuimus, eſt deueniendum.

Rationes, quæ Capetum ex Witichindo, & Saxonia originem trahere non potuiſſe apertė demonſtrant.

VT altius rẽ diſcutiamus, qui Capetũ ex Saxonia, & Witichindo ducunt, primum, qui ex illius poſteris in Francia dignitates conſecutus fuerit, Robertum ipſius Witichindi vt dicunt, filium nominare, & eundem aduerſus Britannorum, Normannorúmque inuaſiones limiti Aquitanico præpoſitum à Carolo Caluo Ludouici Pij filio, ſub anno. 856. indicare poſſunt. Teſtantur hoc Paulus Æmilius, cuius verba ſupra retulimus, & longè an-

te Otto Friſingenſis, qui lib. vi. ca. ij. croni. ait. *At Carolus (de Caluo loquitur) Roberto viro forti ob hanc molæſtiam inter ligerim, & Sequanam ducatum ad domãdos Britones dedit.* & antè ipſum Regino Prumienſis, lib. ij. *Carolus placitũ habuit in Compendio, ibíque cum optimatum conſilio Roberto comiti ducatum inter ligerim & ſequanam aduerſus Britones commendauit, quem cum ingenti induſtria per aliquod tempus rexit.* Et eſt propterea in memoriam reducendum nullam gentem magis Francorum arma exercuiſſe, nullã magis rebellem & inimicam Francos ſenſiſſe, quam ſenſerint gentem Saxonum. Teſtatur Paulus Æmilius, qui lib. hiſtor. ij. ſub Carolo Magno ait. *Nullus enim Francus peregrè bellum gerebat, quin rapto tempore Saxones rebellarent, immemores ſanguinis ſui, ſi quos fortè dediſſent obſides.* & paulo inferius. *Saxones occidi poterant: non tentare fortunam, non cruentam fortunam hoſti relinquere non poterant.* Latè Vrſpergenſis in cronico, dum

Carolum magnum, & eius acta deſcribit. Et Eginhardus in vita Caroli magni, paulo poſt principium, ſic dicens. Poterat ſiquidem citius
» *finiri, de bello loquitur, ſi Saxonum hoc perfi-*
» *dia pateretur. Difficilè dictu eſt, quoties ſupe-*
» *rati, ac ſupplices Regi ſe dediderint, imperata*
» *facturi polliciti ſint, obſides, qui imperabantur*
» *abſque dilatione dederint, legatos, qui mitte-*
» *bantur ſuſceperint, aliquoties ita edomiti, &*
» *emolliti, vt & cultum dæmonum dimittere,*
» *& christianæ religioni ſe ſubdere velle promit-*
» *terẽt, ſed ſicut ad hæc facienda aliquoties pro-*
» *ni, ſic ad eadẽ peruertẽda ſemper fuêre præci-*
» *pites; vt non facilè æſtimare poßis, ad vtrum*
» *horum faciliores verius dici poßint, quippè poſt*
» *inchoatum ab eo bellũ vix annus vnus exa-*
» *ctus ſit, quo non ab eis huiuſcemodi facta ſit*
» *permutatio.*

Poſtquam enim Clotharius primus anno Domini. 506. in Saxones arma mouit, illorúmque victor extitit per ducentos quadraginta octo, & vltra annos, primi, & secũdi ſtẽmatis

reges cum Saxonibus bella geſſêre. Sigibertus à patre Clothario ſecundus, anno. 582. clade notabili illos affecit. Lotharius. ij. & eius filius Dagobertus Saxones omnes, qui ſui gladij mẽſuram excedebãt, cum ſuo duce Berthoaldo, in vindictã vulnerati Dagoberti, anno. 630. interfecerunt. teſtibus Aimoino. lib. iiij. cap. xviij. & vbique Sigiberto, qui ſic ait, ſub dicto anno Dagobertus Rex Saxonibus bello concurrit, cui pater Lotharius Rex accurrens auxilio, interfecto Berthoaldo duce Saxonum, victoriam obtinuit, & peruagans omnem Saxoniam, nullum omnino Saxonem, menſurã gladij ſui excedentem dimiſit viuentem.

Carolus Martellus bis, terq; eoſdem rebellantes vicit, & anno. 740. ſub tributo redegit. Carolomãnus illius filius, anno. 743. eos debellauit ſolus, & inde cũ fratre Pipino. Rex creatus idẽ Pipinus eoſdẽ perdomuit, & anno. 758. iterũ victos ſub tributo cõſtituit. De quo Robertus Gaguinus. lib. iij. ſub Pipino, ait. Saxones verò quibus odio ſemper fuerat Francorũ nomẽ

Digitized by Google

» *proficiſcentem in Saxoniam Pipinum aditu*
» *intercludere conati ſunt: ſed irruptione facta*
» *Pipinus hoſtem retrò abire compellit, victos*
» *deniq́ue annua trecentorum validiſſimorum*
» *equorum penſione Pipinus mulctauit, quos ad*
» *ſe quotannis in Franciam parlamenti tem-*
» *pore deducerent. & Autor annalium geſto-*
» *rum à* Pipino, Carolo & *Ludouico. ſub anno*
» *758. poſtquam dixiſſet Pipinum multa cede*
» *Saxones viciſſe, ſubdit. Coegitq́ue vt promit-*
» *terent ſe omnem voluntatem eius facturos, &*
» *ſingulis annis honoris cauſa ad generalem cō-*
» *uentum equos tricentos pro munere daturos.*
» *His ita compoſitis, & more Saxonico, vt rata*
» *eſſe deberent, confirmatis, in Galliam ſeſe cum*
» *exercitu ſuo recepit.*

Carolus deinde magnus per tres & triginta fere continuos annos cum illis bellum geſſit, eoſdem vicit, perdomuit, penitus & afflixit, teſtamenti ſucceſſionis fere omnis, humaniq; iuris beneficij, incapaces eſſe iuſſit, è patrio ſolo eiecit, & per vniuerſam Galliam, & Germa-

niam

niam diſperdidit, & ad nihilum penè redactos, ac inſtigante eorum duce Witichindo rebellantes, reluctantéſque & ad idola reuertentes, vix tandem anno 805. Chriſtum Deum *agnoſcere, & pati quietem coegit. vt teſtes ſunt Paulus Æmilius, lib.ij. & iij. ſub* Carolo *Magno vbique Sigibertus, & Albertus Krãtius, qui in ſua Saxonia, hæc & ſuperiora à cap. xxxj. lib. j. ad finem vſque, & per multa cap. lib. ij. pleniſſimè tractat.*

Et rurſus eſt memoria repetendum, quod ne dum eo tempore, quo Veſtfali (qui aut Saxones erant, vt Conrado *Peuntigero placet: is enim in ſuis ſermonibus conuiualibus, ſermone, Quòd Cisrhenanæ ciuitates non Gallis ſed* Germanis *Imperatoribus, vel regibus ſemper paruerint. Dum populos à* Carolo Magno *debellatos recenſet, ait, Item Saxones, qui à flumine Albi Veſaram vſque à ventorum nominibus, quæ idem Magnus Cæſar lingua ſua germanica primus indidit, Oſtueldi, hodie etiã Saxones: & à flumine Veſara ad Rhenum,*

« *Weſtueldi, nunc Weſtuali appellati: quaſi Sa-*
» *xones Oſtrocampeſtres, & viſocampeſtres.*
aut erant Saxonibus contermini & confede-
rati, Carolo Magno rebellarunt, Nortmanni
Dani auxilia Veſtfalis miſerunt: autore Pau-
„ *lo Æmilio, lib. iij. ingenium Saxonicum Veſt-*
„ *fali induerunt, & ſunt qui Veſtfaliam Saxo-*
„ *nibus contribuant, rebellarunt ſuis adhuc viri-*
„ *bus freti, non magna clade victi, leges accepere,*
„ *quibus mox repudiatis, ad furorem reuoluti,*
„ *magnam iuuentutis ſuæ partem acie congreſſi*
„ *amiſere, atquòd fracti animo viderẽtur, ſuppli-*
„ *cibus fides habita, pax reddita, ſic quoque in-*
„ *domiti paulo poſt ſpe Danicorum auxiliorum*
„ *bellum reintegrant, oppreſſi, armis abiectis ve-*
„ *niam amentiæ orabant. vltima mala meriti*
„ *erant, toties victi, toties ludificati, traduci, de-*
„ *cumari, internecione deleri iure poterant, pa-*
„ *cem Auguſtus rurſus dedit. Et rurſus quod*
ne dũ eo tempore, quo Robertus Aquitanicæ
Marchiæ præpoſitus erat, ijdem Nortmanni
poſt Pariſios Nannetam, & alias Aquitaniæ

Digitized by Google

vrbes inuaſerunt. Sed etiam quod nullus hoſtis plus vnque Franciã vexarit, quàm ipſi Nortmanni vexarint. à Ludouici enim Pij temporibus, quibus anno. 837. Frãciam inuadere cœperũt, ad annum vſque 910. quo Carolus Simplex Frãciæ partem illam, quæ Neuſtria tunc dicebatur; & fuit poſtea eorum nomine dicta Nortmannia, eiſdem conceſſit: ſub tribus Carolis Caluo, Craſſo, & Simplice, vno Carolomanno & duobus Ludouicis Balbo, & eo qui reputatus eſt ſpurius, per ſeptuaginta tres annos, ducibus Gothifrido, Sigifrido, Haſtingo, Rorico, & Rollone, plus Franciam deuaſtarunt, plures in ea incenderunt ciuitates, & oppida, plura demoliti ſunt ſacra loca, monaſteria & templa, quã ad hanc vſque diem à nationibus omnibus inimicis deuaſtata, incẽſa in ipſa Francia vnquã fuerint ac demolita. teſtibus Reginone, lib. ij. ſub anno. 881. & ſequentibus, Sigiberto, per illa tempora, Meyero lib. ij. ſub eiſdem temporibus, & aliis omnibus vbique.

Digitized by Google

DE ORIGINE, ET ATAVIS

Nec eſt omittendum quod cùm Carolus Magnus Saxones quinquies ſeptiéſque pacis fædera frangentes, toties diuiciſſet, & in eorũ perfidiæ pænam eoſdem non niſi baptiſmatis aqua lotos recipere ſtatuiſſet, & ſub ſponſione quod ſi vnquam à fide Chriſti, & Regis deſtitiſſent, & ingenuitatem & bona omnia amitterent: Witichindus eorum Dux ne veniam, veniéque conditionem acciperet, in Nortmanniam transfugit. teſtibus ſupplente Aimoninũ, lib. iiij. cap 71. Sigiberto, ſub anno. 777. ſub eodem anno Vrſpergenſe, qui ait. Carolus Rex habito conſilio in loco, qui Paderbrunno vocatur, iterum Saxoniã intrauit. omnes fallaciter deuotos inuenit: quippe cuncti ad eum venerunt, præter Witichindũ ex primoribus Weſtfalorum, qui multorum ſibi conſcius facinorũ, regem timuit, & ad Sigifridum Danorum regem cum paucis profugit. Adone Viennenſe etate. vj. ſub anno. 776. Witichingis cum quibuſdam Saxonibus rebellis in Nortmanniam transfugit, auxilium ab eis cõtra Regem

*glorioſum Carolum poſtulans. & Regino- «
ne lib. ij. ſub eodem anno. 777. Rex Saxoniam «
ingreſſus placitum tenuit in loco, qui dicitur «
Padresbrunna, vbi omnes Saxones conuene- «
runt, excepto Widichindo, qui cum paucis Sa- «
xonibus in partibus Nortmanniæ confugit.
Et dum Carolus in Saracenos Hiſpaniæ bellum gereret, idem Witichindus peracri oratione & Nortmannos in Carolum ipſum, & Francos concitare totis viribus eſt conatus. Et poſtquã illos vt publica autoritate in Francos bellarent concitare non potuit. cum his, quos ex eis voluntariè vt arma caperent ſeduxit, cum ſuorúmque popularium manu, proximiores Franciæ partes diripuit, de quo déque ipſius ſuique temporis Saxonũ perfidia, ſic ait Paulus Æmilius. libro ij. ſub Carolo Magno. Ita »
nullum publicè auxilium Vindocindo decre- »
tum: cum voluntariis, & manu popularium »
Rhenum tranſgreſſus Galliam vrebat, vaſta- »
bátque: præmiſſis ab Rege copiis ipſe, quique »
cum eo erãt, præda repleti in tutum ſe recepere, »*

Digitized by Google

» *cæteri,quæ maior pars erat,nec duci ſatis præ-*
» *dæ factum dicenti paruerant,ab regiis palantes*
» *cæſi ad vnum omnes. In Saxoniam cum du-*
» *xiſſet exercitum Rex,comperiſſétque Vindo-*
» *cindum ac reliquos proceres gentis ſe ad Taſſil-*
» *lonem Bauarorum ducem,cui Luitperta Deſi-*
» *derij filia nupſiſſet, cõtuliſſe:atrox eſſe ratus de*
» *inſontibus,obſidibúſque ſuplicium ſumi, ab illis*
» *abſtinuit. Cæterum vt paulatim extinguere-*
» *tur Saxonum nomen , ipſique ſponte ſua aliis*
» *æquiorum legum gentibus ſe adſcribendos cu-*
» *rarent,graues genti illi leges impoſuit, ac teſta-*
» *menti factionem iuſque inteſtatis , prætérquã*
» *inter agnatos,ſuccedendi ademit,honores,ma-*
» *giſtrutúſque gentis alienigenis & in primis*
» *Scotis mandabat:quorum egregia fide,virtutè-*
» *que vtebatur.Sed nec veniæ facilitate reconci-*
» *liari,nec armis victi frangi,nec conſortione re-*
» *ligionis placari,nec æquis legibus flecti,nec ini-*
» *quis domari, nec obſidibus oppignorari, perui-*
» *cacia illa Saxonum pectora poterant.* Et
» *Regino lib.ij. ſub anno 778. Jnterea Saxones*

Digitized by Google

*audientes quod Carolus cum Francis tam lon- «
ga terrarum ſpacia ab eis eſſet ſeparatus, ſua- «
dente Widichindo, ſecundum conſuetudinem «
iterum rebellati ſunt: & ad Duriam caſtrum, «
quod Coloniæ ciuitati contiguum eſt, vſque «
venerunt: cædibus, rapinis, & incendiis omnia «
deuaſtantes.* Teſtantur & reiteratas eorumdẽ defectiones qui ſupplet Aimonium. lib. iiij. cap. 74. & Vrſpergenſis, qui ſub anno. 782. poſtquã dixiſſet Carolum apud fontem Lippiæ conuentũ habuiſſe, ſubdit. *Cúmque ſoluto conuen- «
tu in Franciam rediſſet. Witichindus in pa- «
triam reuerſus Saxones rebellare perſuaſit. «
Nũciatum eſt autem Regi quod Sorabi Scla- «
ui, qui campos inter Albin & Salam incolunt, «
in fines Turingorum & Saxonum ſibi confines «
deprædandi cauſa fuiſſent ingreſſi, contra quos «
cùm tres miniſtros ſuos cum orientalibus Frã- «
cis direxiſſet: illi Saxonum audientes motum, «
ad illos diuerterunt: ſed incautè agentes à Sa- «
xonibus circumuenti ac pene omnes occiſi ſunt. «
ad quam rem examinandam cùm Rex veniſ- «*

Digitized by Google

» ſet, omnes Witichindum huius ſceleris autorem
» proclamauerunt: ſed illum quia aufugiſſet tra-
» dere non valentes, ex aliis, qui ei conſenſerunt,
» vſque ad quatuor milia, & quingentos tradi-
» derunt: qui omnes vna die iuſſu Regis decollati
ſunt. Et Regino ſub anno. 782. Saxones
» iterum fidem violant, arma corripiunt ſuaden-
» te Widichindo. & inferius: poſtquam dixiſſet
Carolum quatuor mille quingentos Saxones
capite mulctaſſe, ſubdit, Witichinder verò in
» partibus Nortmanniæ aufugit.

Nec prætermittendum eſt, quod Irenicus ſcriptor diligentiſſimus lib. iij. exegeſeos Germaniæ, Hermanni teſtimonio, dicit hunc Witichindum Danum fuiſſe. verba enim eius hæc
» ſunt. Varios ortus tunc Saxoniæ ducum ac Re-
» gum Ioannes Saxo Grammaticus in hiſtoria
» Danorum allegat. inde Clodouei temporibus
» contra Ermenfrigum Turingorũ ducem ſurre-
» xerunt. Quis inde dux eis contigerit vel Rex à
» nullo ſcriptore recenſetur, vſque ad Caroli tem-
» pora, quo ſeculo Witichindus, vt Hermannus

Digitized by Google

ait, ex Dania veniens, anno. 770. natiuitatis dominicæ Saxoniam armis occupauit, ac ad xxx. annos. Carolo præliis reſpondit.

Eſt ne igitur veriſimile (pudet verum dicere) Carolum Caluum tam hebetem imprudentémque, tamque ſecordes proceres fuiſſe, vt contra Britannos atque Nortmannos, vtroſque ipſos per ſe rebelles, & qui tunc colligari inſimul potuiſſent, Aquitanicam Marchiam Roberto crediderint, ſi fuiſſet Robertus Saxo, & filius nepoſue illius Witichindi, qui aut Nortmannus, aut ex gente Francis inimica Nortmannis amiciſſimus extiterat, & illos pluries in Francos immittere nixus fuerat?

Non vtique erat Robertus Saxo, ſed Frãcus, & ex genere regio. vt infra oſtendetur.

Altera inſurgit non minor probatio ex eo quod Odo, quem Eudonem, & multi Ottonem dicũt, huius Roberti filius Caroli ſimplicis Ludouici Balbi filij: Regnique Franciæ, fuit tutor & Rector conſtitutus. Tutor enim communi vniuerſalique omnium iure ille conſtitui debet,

qui ſi ille, cuius tutor eſt, naturæ concedat, illius ſucceſſionem ſit iure conſequuturus: ſi talis aliàs ſit, cui poſſit bonorum cura, & regimen committi. Et hoc ſumma cum ratione (Iuriſcōſulti Vlpiani verbis vtor) vt qui ſperarēt hanc ſucceſſionē, iidē tuerentur bona, ne dilapidarētur.

Quamobrem dicendum non eſt, nec eſt veriſimile, Frācos proceres, qui reiecta longè antea barbarie, exacta ratione tunc viuebant, Regis Regníque tutelam, & adminiſtrationem alicui credidiſſe, cuius vtrumque conſeruari non interfuiſſet.

Et propterea dicendum etiam non eſt Odonem aut Witichindi ex filio nepotem, aut ex Saxonia fuiſſe: quia ſic nec Caroli genus ad ipſum, nec ſimplicis tutela, aut regni ſucceſſio attinuiſſet.

Nec eleuat ſi dicatur Odonem fuiſſe tutorem, vt multi dicunt, à Ludouico Balbo ventri deſignatum, & teſtamentarium propterea, non legitimum fuiſſe tutorem.

Nam & ſi hoc verum eſſet, eſſet etiam exi-

Digitized by Google

ſtimandum Ludouicum Balbum ratione niti voluiſſe: voluiſſéque propterea futuro filio ſuo tutorem illum dicere, quem ſi ipſe non deſignaſſet, ratio ipſa dediſſet: & exiſtimaſſe non melius poſſe filio ſuo & regno proſpici, quàm ratio conſuluiſſet: nulliúſque magis regnum conſeruari intereſſe, quàm illius, ad quem non nato, aut morte ſublato filio, regnum eſſet peruenturum. Perſpectam enim optimè habebat Odonis fidem, & bonitatem, & ab eo propterea iniuriam futuro filio non timebat. Cuius prudens conſilium fuit longè poſt ab vniuerſis regni ordinibus emologatum, & pro lege receptum: dum in nobili totius Franciæ conuentu, anno. 1327. Philippus Valeſius poſt Caroli Pulchri obitum ventris tutor, & regni Rector deſignatus fuit.

Nec omitto complurium ſententiam eſſe Odonem non fuiſſe à Ludouico ſed à proceribus Francis Carolo ſimplici, & regno tutorem, atque Rectorem datum. vt ex Reginone, lib. ij. ab anno. 878. vſque ad annum 888. Sigiberto, ſub anno. 880. vſque ad annum. 890. Ottone

Frigincenſe lib. vj. cap. vj. viij. ix. & x. ſupplente Aimoinum lib. v. cap. 39. 40. 41. & 42. Qui omnes temporibus illis, vel Paulo poſt ſcripſere, & ex recentioribus, ne cæteros nominem, ex Gaguino, lib. v. ſub Ludouico, & Carolono. & ex Meiero, libro ſecundo annalium Flandriæ, ſub anno. 890. videri apertiſſime poteſt. Ex his enim & ex Paulo Æmilio, libro tertio ſub Ludouico. iii. Carolomanno, & Carolo Craſſo (licet non in omnibus ſint concordes) colligitur, Poſt mortem Balbi illius filios Carolomannum, & Ludouicum, ſpurios reputatos, per biennium regnaſſe, & ab eorum morte Odonem à proceribus Francis datum fuiſſe tutorem Carolo Simplici Balbi legitimo filio: vocatúmque fuiſſe contra Nortmannos ex Germania Carolum Craſſum, Craßúmque regnaſſe quouſq; factus inhabilis coactus fuerit & in Imperio & in regno Arnulphum ſuum ex fratre nepotem, & ſi ſpuriū curatorem nihilominus recipere: & paulo poſt mortuo Craſſo & in eo finito ex ea parte Ca-

roli Magni legitimo ſtemmate, cùm regnum ob ſimplicis infantiam, & quam præſe ferebat ineptiam turbari cæpiſſet, ac illud vndique Nortmanni incurſarent, à proceribus Frãcis, vt regno proſpiceretur, & ne Arnulphus, qui Imperium occupauerat, regnum etiam occuparet, Eundem Odonem, qui etſi ex Caroli Magni ſtemmate non deſcenderat, ex eo nihilominus genere originem ducebat, ex quo & Carolus Magnus originem traxerat, vt infra clarè oſtendemus, in Regem fuiſſe receptum. Quod vtique Franci non feciſſent ſi Odo aut Saxo fuiſſet, aut ex Saxonia originem traxiſſet.

Vlterius, & aut fallor, aut hæc ratio opinionem noſtram veriſſimam probat.

Cum lege Salica, qua à Faramundo primo in Gallia Francorum Rege Franci continuo vſi fuerunt, fæminæ à corona regni per ſe arceantur, legis enim verba ſunt, titulo, de Allode, cap. 62. lib. 1. De terra verò ſalica nulla portio hæreditatis mulieri veniat, ſed ad virilem

„ *ſexum tota terræ hæreditas perueniat. Ratioque legis ſit, & ſi nulla ratio eſt in ipſa lege expreſſa, ne per fæminas regnum ad alienigenas & peregrinos transferatur: & hæc ratio cùm alia dari non poſſit, perinde ſe habeat, ac ſi verbis expreſſis notata fuiſſet.* Certè à Regno *Franciæ alienigenæ omnes arcentur.*

Declarauit hoc nobiliſſimus ille procerum Francorumque omnium conuentus, in quo illuſtrior cauſa, quàm vnquam à ſeculis tractata fuerit, diſcuſſa, deciſaque fuit. De regno vtique Franciæ quæſtio erat, & regnum huius legis virtute, non obſtantibus, quæ pro Eduardo Anglo dici potuerint, ſumma cum omnium lætitia, Philippo Valeſio adiudicatum fuit. vt in lib. de lege ſalica, parte prima, Seyſellus, & *lib. viij. ſub Philippo Valeſio, Paulus Æmilius, teſtantur. Ait enim apud Paulum Æmilium* Robertus *Atrebas in oratione, quam pro Philippo Valeſio in ipſo conuentu luculenter habuit.* „ *Nos legem ſalicam ante Iuſtinia-* „ *num Auguſtum Saxeramus: ne fæminis* Re-

gnum mandaretur. Et rationem legis addu- "
cens, ſubdit; vt gentilitium foret Regni ius, & legitur paulo inferius dum publicum gaudium autor ipſe narrat. Philippus *Valeſius* Rex *ſa-* "
lutatur, ſacraturque quanta non alius multis "
ſeculis celebritate, frequentíque procerum cæ- "
tu. & inferius, Vrbem regiã ſub ſacra ipſe vm- "
bella intrans, excipitur lætis, fauſtíſque omni- "
bus, plauſuque, omni ordini, omni etate, proſpe "
rum, felicémque ingreſſum apprecante, viis vt "
tempus anni ferebat, flore multo, feſta fronde, "
virente herba ſtratis. & in inferius. Nulla læ- "
titiæ ſpecies, nullum dignitatis exemplum non "
excogitatum, non adhibitum. Et ſtatim huius iubili cauſam exponens. Aduentitia vt aſſo- "
let cæna, regifico apparatu accubuere Princi- "
pes, illuſtréſque viri; omnia quidẽ ſolemni mo- "
re, inſtitutóque. Sed hunc Regem præcipua cha "
ritate, obſeruantiáque proſequuti: prædicabant "
eum vindicem Francicæ Maieſtatis, legis ſa- "
licæ aſſertorem, qua vna dignitas libertáſque "
Francici nominis conſtaret: ne alienigenarum "

« *imperio, ne externarum ditione teneri poſſent*
« *Franci cæteris gentibus Reges, legéſque dare*
« *ſoliti. Veſpertino igni in areis, plateíſque accen-*
« *ſo, nocturnis funalibus concurſantibus conlu-*
« *cente, choreis virginum, iuuenumque Sym-*
« *phonia, voce, fidibus, ſiſtris, tibiis, Orbe per-*
« *ſtrepente, feſti dies acti.*

At remotioribus ab hiſce temporibus hoc etiam illi facto declatarunt, qui pro Roberto Odonis *fratre poſt fratris mortem acerrimè pu gnarunt. autore* Paulo Æmilio, *qui dum loquitur de Henrico. j.* Imperatore, *lib. iij. ſub*
« Carolo *ſimplice, ait. Et is cum Franco* Rege
« *fædus icit, eíque poſcenti* Germanorum *copias*
« *auxilio miſit, cõtra aduerſariorum factionem.*
« Germaníſque *magis quam ſuis, ſeſe credebat,*
« *committebátque ſimplex. Ea rex nouam flam-*
« *mam inuidiæ apud Francos illi conflauit: au-*
« *xítque eam mox quod credebatur in animum*
« *induxiſſe ſe, Franciámque Henrico* Germa-
« *norum* Regi *ſubiicere, ne bello à* Germanis *ve-*
« *xaretur, id verò vniuerſa prope Francorum*

nobilitas

Digitized by Google

nobilitas non ferens, ad æmulum Regni Robertum ſtudia, vireſque inclinauit, cōſenſu hominum permotus Herueus eum inunxit. & ſtatim. in finibus Sueſſionum in aciem deſcenſum, pugnatum vt de regno par erat: cum pro Simplice Flandri, Lotharingi, Germani præliarentur. pro Roberto nuper Magiſtro equitū nunc nouo Rege, qui Francorum ægerrimè ferebant Franciam à Germania, cui leges dediſſet, iura petere. & paulo inferius. Alterum (de Roberto loquitur) commendabat recens ſacrum, ſua virtus, Odonis fratris memoria, Aui mors, pro Francorum rebus obita, & cauſa belli ſuſcepti in vulgus iactata, libertas nomenque Francorum hactenus gentibus nobiliſſimum: ne Germanis Regibus, ne Auguſtis exteris ſeruiret.

Et hoc idem longe antea ille profeſſus erat, qui teſte etiam Paulo Æmilio, lib. iij. pro coniuratis in Ludouicum Pium Imperatorem, apud illius filium Pipinum Regem ſic ſuam exorſus eſt orationem. Nos Francica nobilitas

» *non alieni ſed tui ad te venimus, opem fidem-*
» *que ac deſtram tuam implorantes, mori Fran-*
» *cis preſtat, quàm exteros adire Reges, cùm alie-*
» *nigenis auxilio ſemper fuerimus, externorum*
» *auxilio ſalutem noſtram tegi flagitioſum eſt:*
» *nullis Regibus debere poſſumus Franci niſi*
Francis. Et ante illum teſtati fuerunt Fran-
ci proceres omnes, qui dum Carolus Magnus
iam Imperator ius Romanum in Franciam
inducere ſtatuiſſet, cauentes ne propterea tem-
poris curſu in alienam ditionem traherentur;
in ſeditionem ferè deuenere: & pro omnibus
procerum vnus, natione & nomine Vaſco,
apud Paulum Æmilium, eod. lib. iij. ſic verba
» *fecit. Aliis in Vrbe Roma eſſe Imperator ce-*
» *piſti, Francis Auguſtus genitus, editúſque*
» *es: & Paulo inferius. Franci in tanta nomi-*
» *nis tui amplitudine, maieſtatéque nihil aliud*
» *optamus, quàm vt Franci ſimus, qui fuimus:*
» *armorum vacationem ſi vltrò offerres, notari*
» *ignominia nos putaremus: Cur milites tuos,*
» *Regnum tuum, Franciam tuam Prouinciam*

Digitized by Google

facere ſtudes, Imperióque ſubiicere?

Quin & id diu ante etiam declarauit Magnulphus Epiſcopus Tholoſanus; dū ciues ſuos ne Gundoaldum reciperent hortaretur. Gundoaldus enim ſe Clotharij. i. filium profitebatur: & ab Deſiderio duce, aliiſve multis per ſeditionem fouebatur: quorum fretus viribus ab Guntchramo, & Childeberto Regibus Regni partem repetebat: & fuit propterea à Francis occiſus. ait enim apud Gregorium Turonenſem lib. iiij. cap. xxvij. Magnulphus. Scimus enim Guntchrammum Regem & nepotem eius, hunc autem neſcimus vnde ſit. eſtote ergo parati, & ſi voluerit Deſiderius dux hanc calamitatem inducere ſuper nos, ſimili vt Sigulfus ſorte depereat, ſitque omnibus exemplū, ne quis extraneorū Frācorum Regnū audeat violare.

Eſt ne igitur in Francis proceribus, qui ab exordio vſque Francici Regni in Gallia, tanta cum prudentia prouiderunt, vt Regnum in Francis ipſis legis authoritate conſeruaretur, qui vt nec indirecte poſſet in alienigenas tranſ-

ferri, perpetuo ſtudio, indefeſſaque vigilantia ſemper cauerunt, quiue ne in periculum, ſuſpicionemve, iura ab alienigenis petendi traherentur, dedignato Henrico Saxonum nobiliſſimo, eodem & Imperatore, Romanoque Jmperio, ne Saxoni ſubderentur, in Carolum Simplicem Regem legitimum, Caroli Magni abnepotem, pro Roberto inuicta cum fortitudine pugnarunt: in ipſumque Carolum Magnum, ſeditionem oſtenderunt: Gundoaldumque cum adhuc non plenè liqueret an Clotharij filius, an extraneus exiſteret, occiderunt. Eſt ne inquam tanta ſeu leuitas, ſeu imprudentia admittenda? Vt per voluntariam electionem, vi etiam & armis in repugnantes admotis, in Odonem & Robertum, Saxones (ſi Saxones fuiſſent) paulo ante inimicos & rebelles alienigenas, minimè Henrico tunc Imperatori Saxonica nobilitate pares, contra ſalicam legem perpetuumque Francorum inſtitutum, Regnum tranſtuliſſent?

Non eſt vtique hoc dicendum, pro vt nec

etiam admittẽdum eſt (ſi Robertus Witichindi ex filio nepos fuiſſet) quod Henricus Imperator, qui Witichindi abnepos erat, in ipſum Robertum ſuppetias Simplici tranſmiſiſſet: oppugnaſſet nempè illum, cui arcto ſatis agnationis nexu iunctus fuiſſet. Quod (nõ data ratione) an veri faciem habeat ſit cuiuſque iudiciũ. Fuit enim Henricus Ottonis Magni filius, qui Lutholphum habuit patrem, auum verò Brunonem, & proauum Wibertum, qui Witichindi filius fuit, vt Onuphrius, Irenicus, Albertus Krantius, Vrſpergenſis, & cæteri teſtantur.

Et addi his omnibus poteſt, quod nec Regino, qui ſcripſit circa annum. 900. nec Sigibertus, qui circa annum. 1113. nec Gothifridus, qui circa annum. 1186. nec Otto Friſingenſis, qui ſub anno. 1149. ſcripſerunt, dum de Roberto, & poſterioribus dicunt, vnquam mentionem faciunt nec de Witichindo, nec de Saxonia: & nihilominus hi omnes aut eadem ætate, qua vixerunt Robertus, & Odo, aut paulo poſt

Digitized by Google

ſcripſere, & de geſtis per vtrumque luculentiſſima teſtimonia reddunt: vt propterea ambigendum non ſit, quod non tacuiſſent eorum originem ex Witichindo, & Saxonia, ſi iidē ex Saxonia, & ex Witichindo originē duxiſſent.

Poteſt etiam vlterius cumulari quod nec Irenicus dum lib. iij. exegeſeos Germaniæ, Saxonum Principum ab ipſo Witichindo deſcendentium genealogiam ponit. nec Nauclerus dum generatione, xxxj. nec Onuphrius, dum Romanorum principum lib. iij. eandem tractant, nec Albertus Krantius dum in ſua Saxonia. lib. ij. à cap. xxiiij. vſque ad finem libri, omnem exactè enumerat Witichindi poſteritatē, nec Vrſpergēſis dum Saxonū quærit originē, dumve ſub anno. 920. Witichindi poſteriores recenſet, de aliquo Roberto verbum quidem vllum vnquam faciunt: & nihilominus & Vrſpergenſis, & Onuphrius duos nominant Witichindos, vnum qui toties Carolo rebellauit, & alterum, cuius Robertus filius eſſe non potuit, cùm vixerit longè poſt quam

Digitized by Google

ipſe Robertus fuerit à Nortmannis occiſus: nempè ſub anno, 920. tempore Henrici. j. Imperatoris, ſiue Regis Germaniæ. de quo ſic Vrſpergenſis ſub dicto anno. 920. Erat autem Regi Henrico vxor, & conſors regni clara, & nobiliſſima, nomine Mathilda filia Theoderici ex eadem Saxonum gente, cuius fratres erant Witichint, & Immod, & Reginbern. & paulo inferius. Et hi erant ex ſtirpe magni Ducis Witichindi, qui bellum potens geſſit contra Carolum Magnum per annos fermè xxx. Et veriſimile non eſt quod eorum ſaltē aliquis Robertum non nominaſſet, ſi ex Witichindi progenie Robertus etiam fuiſſet.

At quid plura? inter omnes quotquot viderim (multos ſanè vidi) qui rem Saxonicam tractent, ne vnum quidem videre mihi vnquā contigit, qui (non dico inter Witichindi poſteritatem, ſed inter Comites, Proceresſve Saxones) ad vſque illa, pérque illa tempora, Robertum aliquem nominauerit.

Robertus igitur vterque, Odo, & Poſte-

riores non ab Witichindo & Saxonibus, quia alienigenæ fuiſſent, & à Regno propterea excluſi: ſed ab antiquis Francorum Regibus proceſſere, & ſunt ideo Regnum conſequuti.

Non ignoro obiici mihi poſſe Ægidium Romanum, Chilpericum .ij. qui antea Daniel vocabatur, & monachus fuerat, ac Rodulphum Burgundum. quorum primus eiecto Childerico .i. Secundus poſt mortem Dagoberti. ij. Tertius verò in carceres truſo Carolo Simplice, extranei omnes, & à genere Francorum Regum (vt aſſerũt) alieni, in Reges creati, receptique fuere.

At ſcio etiam poſſe reſponderi, Ægidium non Regem receptum, ſed Regni potius temporarium cuſtodẽ atque ſequeſtrem fuiſſe ſeditioſè conſtitutum: dum Childericus, qui omni impudicitiarum genere deſipuerat, exilio, quo ipſemet ſibi conſuluerat, domitus reſipiſceret, & ad ſanitatem retractus in regnum reſtitueretur. Non enim Frãci Childericum ex Regno, ſed ex Childerico impotentias extrudere vole-

bant: quod tum res ipſa tum exitus declarauit. Nam cùm Franci proceres Childerici & libidines ſopitas, & vitia extincta autumaſſent, teſſera, quam ab exilij primordio vni ex Principibus Vidomaro ipſemet propterea reliquiſſet, ad illum tranſmiſſa, Ægidio repudiato, Childericum ipſum Regno reſtituerunt. vt autor eſt Paulus Æmilius lib. i. ſub Childerico. i. Et ſic teſtatur Gregorius Turonenſis, hiſtor. lib. ii. cap. xii. Childericus verò cùm eſſet nimia "
in luxuria diſſolutus, & regnaret ſuper Francorum gentem, cæpit filias eorum ſtuproſè detrahere. Illi ob hoc indignantes de Regno eum eiiciunt. comperto autem quod eum etiam interficere vellent, Thoringiam petiit, relinquens ibi hominem ſibi charum, qui virorum furentium animos verbis lenibus mollire poſſit: dans etiam ſignum quando redire poſſit in patriam: id eſt, diuiſere ſibi vnum aureum, & vnam quidem partem ſecum detulit Childericus, aliam verò amicus eius retinuit, dicens: quando hanc partem tibi miſero, partéſque coniun- "

» *ctæ vnum effecerint ſolidum, tunc tu ſecuro*
» *animo in patriam repedabis, Abiens ergo in*
» *Thoringiam, apud Regem Biſinum, vxorem-*
» *que eius Biſinam latuit: denique Franci hoc*
» *eiecto, Ægidium ſibi, quem ſuperius Magiſtrũ*
» *militum à republica miſſum diximus, vnani-*
» *miter Regem adſciſcũt. Qui cum octauo anno*
» *ſuper eos regnaret, amicus ille fidelis, pacatis oc-*
« *cultè Frãcis, nuncios ad Childericum cum par-*
« *te illa diuiſi ſolidi, quam retinuerat, mittit. Ille*
« *vero certa cognoſcens indicia quòd à Francis*
« *deſideraretur, ipſis etiam rogantibus, à Thorin-*
« *gia regreſſus, in Regnum ſuum eſt reſtitutus.*
« *Aimoinus lib. i. cap. vij. Meroueo autem Re-*
« *ge Francorum hac luce caſſo, Childericus filius*
« *eius ſolio ſublimatur Regio. Huius regni pri-*
« *mordia quibúſque bonis deteſtanda fuere. Hic*
« *namque contra Francos primum nequiter a-*
« *gens, cùm filias nobilium inceſto contaminare*
« *non deſiſteret, regno eiicitur. & ſtatim. Erat ei*
« *quidem è Francorum proceribus familiaritatis*
« *vinculo colligatus, nomine Winomadus: cuius*

Digitized by Google

*ille omnia agebat conſilio,dum adhuc regni po- «
tiretur ſceptro. Hunc ergo euocans animoſita- «
tem Francorum ſeſe regno pellere minantium «
edicit,quid facto opus ſit,conſulit:ille iræ eorum «
cedendum ſuadet:ne ſi permanendum putaret, «
augeret potius odium quàm minueret:humani «
dicens eſſe ingenij morem præſentiæ alicuius «
inuidere,abſentiæ compati. Se interim quoquo «
locorum immoratur, animos gentis pertenta- «
turum pollicetur,perſuaſurumque vt cum eo in «
gratiam redeant:diuidénſque aureum ſibi me- «
dium retinet, mediumque illi confert, dicens: «
ſuſcipe mediam huius aurei partem: & ſi qui- «
dem Francos tibi cõciliare potuero hoc tibi erit «
ſignum,dum hanc tibi miſero partem, & con- «
uenire ſibi vtraſque contigerit: animaduertas «
oportebit eodem modo conuenientia populi ſtu- «
dia tibi congruere:reditum ergo ad patriam ac- «
celerabis tuam, vt regnum quo nunc priuaris, «
recipias. Poſt hæc verba Childericus Thorin- «
giam vt prælibatum eſt, petiit. Et poſtquam «
dixiſſet Winomadum in amicitiam inſinua-*

Digitized by Google

*tum Ægidij, quem Franci in regem ſuſcepiſ-
ſent, & Ægidium ipſum ſuis conſiliis reddidiſ-
ſe Francis odioſum, & eiſdem conſiliaſſe Chil-
» dericum: ſubdit. Ille conuenientia regi Franco-
» rum præſentiſcens ſtudia fidelem per puerum
» dimidium ei dirigit aureum, cuius partem me-
» diam abeunti dederat in ſignum: legatóque hęc
» illi dicere iuſſit. Reuertere iam nunc vt deſide-
» ratus dominus, ac vt felix vtere regno tuo.
» qua legatione Childericus accepta ouans pa-
triam repetit. Et Sigibertus ſub anno. 461.
» Hildericum inſolenter, & luxurioſè ſe agen-
» tem: Franci regno deturbant. qui data aurei
» medietate amico ſuo Widiomaro quod eſſet ſi-
» gnum reuocationis ſuæ ſi aliquando intercede-
» ret reconſiliatio: apud Baſinum regem Thurin-
» gorum latuit annis octo: Franci verò Ægidiũ,
» ducem Romanorum, regem ſibi præficiunt. Et
» ſub anno. 469. Ægidius cùm Francos oppri-
» meret grauius iuſto, perpendens Widiomarus
» Frãcos pænitere ſuper eiecto Hilderico, reuocat
» eum clam miſſo diuiſi aurei ſigno: egitque vt*

eiecto Aegidio ille reſtitueretur in regno. Hoc autem Franci aut non facere, aut niſi magna cum difficultate facere potuiſſent, ſi quo tempore Aegidium ſeditioſè ſubſtituerunt, alium qui Francus, & genere regius extitiſſet, recepiſſent in Regem.

Danielem verò non extraneum, ſed ex regio genere, & ex poſteris Clodouei, vel verè, vel putatiuè, in regem receptum habitumq́; fuiſſe Paulus Æmilius eo. lib. 1. in fine, ſic teſtatur. Chilpericus quinque annis Regium nomen obtinuit, ſiue vera Clodouei ſoboles, ſiue falſa. Et Barlandus in cron. Ducum Brabantiæ, ſub Carolo Martello, eundem ex cognatione regia fuiſſe his verbis teſtatur, poſtea Chilperico, qui cognatus erat Regum defunctorum, vi, & armis Regnum occupare volenti, ſe cum exercitu obiicit Carolus: fuitq́; ea Chilperico infœlix dimicatio. qui ſic victus non multo poſt legatos ad Carolum miſit, quorum ille ita placatus oratione, vt regia Chilperico ſtatim detulerit inſignia. Et Richardus

Digitized by Google

de Waſſembourgo, in lib.2. de antiquitatibus Galliæ Belgicæ, ſub Volchiſo Virdunen. Epi-
» *ſcopo ſic etiam teſtatur.* Daniel prebſtre,
» autremẽt nommé Chilperic, qui ſelon
» la pluralité des hiſtoriens n'eſtoit du
» ſang Royal, combien qu'aucuns ont
» eſcrit qu'il eſtoit frere de Dagobert
» deuxiéme, & filz de Childebert deuxié-
» me, de laquelle opinion eſt maiſtre Ni-
» cole Gilles, & ſemble auoir quelque
» apparence de verité, parce que ledit
» Charles Martel couronna Roy ceſtuy
» Daniel, en l'an ſept cens vingt-quatre,
» apres la mort de Clotaire quatriéme,
» en poſtpoſant les deux enfans legiti-
» mes dudit Roy Dagobert deuxiéme, ce
» qui ſemble, qu'il n'euſt fait, ſi ceſtuy
» Daniel n'euſt eſté du ſang Royal. *Nicolaus verò Egidius, de quo loquitur Waſſemburgus, in cron. vol.1. dum de Chilperico loquitur, ait.* Chilperic deuxiéme de ce nom, qui parauant eſtoit nommé Da-

niel, qui eſtoit frere de Dagobert, regna apres Clotaire ſon oncle cinq ans. *Fuit igitur Chilpericus ex genere regio, aut etſi verè de regio genere non extitiſſet, & Fraci illum Regem habuiſſent, non propterea dici poſſet, Francos Regem extraneum recepiſſe, cùm illum non extraneum, ſed de genere verè regio exiſtimaſſent. & propterea quiſquis ille fuerit, dici non poteſt, quòd Franci conſenſerint in Regem extraneum: cum Vlpiano teſte, nil minùs pro veritate dici poſſit, quàm illum in aliquem conſentire, qui errore ductus in eundem ſuum accommodat aſſenſum.*

Rodulphum autem Burgundum qui exactè veritatem indagauerit, à ſanguine regio alienum minimè dixerit. Fuit enim filius Richardi Ducis Burgundiæ, qui aut Roberti primi Andegauenſis filius vel nepos extitit, aut ab Hugone Lotharij Imperatoris filio deſcendit. vt ex Nicolao Egidio in primo vol. cron. dum loquitur de Odone Rege; Claudio Paradino, dum in ſuis affinitatibus genealogiacis,

DE ORIGINE, ET ATAVIS *de Comitibus Andegauenſibus pertractat, & ex Gulielmo Paradino, lib.2.annal. Burgundiæ circa princ. apertè colligitur. ait enim Gulielmus dum de Richardo loquitur.* Aucuns
» tiennẽt qu'il fut fils de Robert le grãd,
» Cõte d'Angiers, qui du regne de Char-
» les le chauue, fit pluſieuts geſtes me-
» morables, & en fin fut occis en vne ba-
» taille contre les Normans, auec Ranul-
» phe Duc d'Aquitaine, en l'an huict cens
» ſeptante-cinq, toutesfois ie croy pluſ-
» toſt à Æmile, qui l'a eſcrit eſtre fils de
» Theodoric Cõte d'Authun, & eſt plus
» vray-ſemblable. il ſe pourroit bien fai-
» re que ledit Theodoric ait eſté fils du-
» dit Robert le grand, & non Richard.
» Aucunes hiſtoires ont, que deux ans
» apres la bataille de Fontenay, les enfans
» du Roy Loys Debonnaire faiſans par-
» tage du Royaume, le duché de Bour-
» gongne demoura à Lothaire l'aiſné,
» qui le donna à vn ſien fils nommé Hu-

gues,

gues, les ſucceſſeurs duquel le poſſede- «
rent iuſques à Henry fils de Huë le «
grand, Comte de Paris, parquoy il s'en- «
ſuyuroit que Richard ſeroit deſcendu «
dudit Lothaire Empereur. *Et ex quocunque eorum deſcenderit, dici verè poteſt Rodulphum ex genere regio deſcendiſſe.* «

TESTIMONIA, ET ARGVMENTA QVÆ CAPETVM Francum, Principémq; fuiſſe, atque ex antiquis Francorum Regibus genus duxiſſe, neceſſariò aſtruunt.

EXiſtimo iam ex dictis extra controuerſiam eſſe, Robertum, Odonem, & Poſteriores, nec Witichindi proles extitiſſe, nec traxiſſe ex Saxonia originem, & eſt ideo ad id, quod tertio loco propoſuimus deueniendum. idque, quoniam tria in ſe continet: vnum, quod Robertus, & Odo Franci fuerint, alterum, quod fuerint Principes, poſtremum, quod fue-

fuerint ex genere regio. verum in omnibus hiſce eſſe, eſt vtique demonſtrandum.

PRo primo, nempè quod Franci fuerint, inter teſtes princeps ſe offert idemmet Abbas Vrſpergenſis, qui pro contraria opinione primus teſtimoniũ dixit. Is enim lib. cronic. ſub anno. 920. id ſic teſtâtur. » *Ad hunc itaque Carolum, cui* » *diximus Regna ceſſiſſe per hæreditatem, Qui-* » *dam vir, nomine Otto ex orientalibus Fran-* » *cis, venit, & ab eo ſuſceptus, cùm eſſet vir for-* » *tis, & prudens, egit conſilio ſuo, vt cum Danis* » *pugnaretur, qui iã multis annis Lotharij Re-* » *gnum vexabant. cumque pugnaretur cum eis,* » *vna die ex eis centum milia cæſa referuntur.* » *Ex hoc ille Otto clarus, & inſignis habebatur,* » *& à Rege ſecundus, & paulo inferius. Mor-* » *tuo autem Carolo, Otto filium eius & Regno* » *pariter, & nomine paterno declarauit. Sed* » *Arnulphus Imperator, qui Carolum Senio-* » *rem de Germania expulit, poſt mortem eius*

omne Regnum ipſius ſibi vendicauit. Huic "
Otto & diadema, & ſceptrum, & cætera re- "
galia ornamenta obtulit, Regnumque domini "
ſui gratia imperatoris Arnulphi obtinuit. & "
hoc iuxta quorundam relationem. Alij verò "
dicunt, cùm propter infantiam pueri, Princi- "
pes nimia rerum cupidine ſeſe preire contende- "
rint, reſque ſuas, prout quiſque poterat, dilata- "
uerint, nemo verò regis profectum, nemo regni "
tutelam quæſierit, hócque cernentes hoſtes, "
Regnum vndique incurſauerint. Principes "
tandem pro hoc doluiſſe, conuenientéſque in "
vnum, quia puer vix triennis erat, Ottonem "
propter ſapientiam, & fortitudinem ſuam ad "
tuendum Regnum delegiſſe: non vt deſertores "
ſed velut hoſtium incurſum dedignantes. "

Et ſi claris apertíſque verbis teſtatur Vrſpergenſis Odonẽ ex Orientalibus Francis extitiſſe, & propterea pro regni tuitione in Regem promotum fuiſſe. Aduertendum eſt nihilominus, quod multũ in genealogia ſe inuoluit. Carolus enim Simplex filius fuit Ludoui-

ci Balbi, vt eſt ſupra dictum, & videri poteſt ex Pau. Æmil. lib. 3. ſub Ludouico Balbo, & Carolo Simplice, & teſtantur longe ante Otto Friſing. lib. 6. cap. 6. cron. Anno ſequenti, Ludouicus Caroli iunioris filius, qui vocabatur Balbus, diem vltimum clauſit, duos relinquens filios, Ludouicum, & Carolomannum, nam tertium, qui poſtmodum Carolus dictus eſt, mater tũc in vtero portabat. Et Gotfridus Viterbienſis, cron. parte 17. ſub anno. 874. Anno ſecundo Ludouicus filius Caroli iunioris, qui dicebatur Balbus, obiit, relictis duobus filiis, ſcilicet Ludouico, & Carolomanno, quoniam tertium eorum fratrem, qui poſtea dictus eſt Carolus, mater eius, tunc in vtero geſtabat. At ad rem redeamus.

Odonem Francum fuiſſe longe ante Vrſpergenſem, teſtatur Witichindus Saxo in ſua hiſtoria geſtorum Saxonicorum lib. 1. his verbis. Hunc quidam ex Oriẽtalibus Francis adiens nomine Oda, vir fortis & prudens, egitq; conſilio ſuo vt cum Danis bene pugnaretur, qui

Digitized by Google

iam multis annis Caroli Regnum vexabant, "
vnáque die ex eis ad centum milia cederentur, "
ex hoc ille Oda clarus, & inſignis habitus: & "
à Rege ſecundus ſignificatus. Et cum Witi- "
chindus referat Odonē ex Orientalibus Francis fuiſſe, eſt omiſſa omni hæſitatione, illius teſtimonio acquieſcendum, cùm vixerit circa illa tempora, quibus Odo vixit, & fuerit Saxo Saxonúmque hiſtoriam texuerit, vt propterea ambigēdum non ſit, quòd ad ſuæ gentis gloriam propalandam, & augendam, Odonem Witichindi filium & Saxonem dixiſſet, ſi Odo aut ex Witichindo, aut ex Saxonia deſcendiſſet.

Tertius eſt teſtis Regino, qui lib. 2. circa annum 873. ait. Denique Nortmanni poſtquàm "
Ruotbertum & Ranulphum, & alios gene- "
roſæ ſtirpis viros, qui patriæ terminos tueban- "
tur, Deo habitatoribus terræ aduerſante, occi- "
derunt. Teſtatur Regino Robertum Odonis patrem occiſum fuiſſe dum tutaretur patriam, & Franciam tutabatur cùm fuit occiſus: cla-

rum eſt enim prope Andium à Nortmannis occiſum fuiſſe, patria certe erat illi Francia. *erat igitur* Reginonis *teſtimonio* Francus.

At vlterius eundem audiamus, dum eod. lib. Caroli Craſſi mortem & ea mala refert, quæ
» *ex illius morte prouenerunt. Poſt cuius mor-*
» *tem* Regna, *quæ eius ditioni paruerunt, veluti*
» *legitimo deſtituta hærede in partes à ſua com-*
» *page reſoluuntur, etiam non naturalem domi-*
» *num præſtolantur. Sed vnumquodque de ſuis*
» *viſceribus* Regem *ſibi creari diſponit. Et infe-*
rius poſtquam dixiſſet quoſdam Italiæ popu-
los Berengarium, quoſdam verò Guidonem, in
» *Italia* Reges *elegiſſe, ſubdit. Interea Galliarū*
» *populi in vnum congregati, cum conſenſu Ar-*
» *nolphi Ottonem Ducem filium* Ruotberti, *de*
» *quo paulo ſuperius mentionem fecimus virum*
» *ſtrenuum, cui præ cæteris formæ pulchritudo,*
» *& proceritas corporis, & virium ſapientiæque*
» *magnitudo inerat,* Regem *ſuper ſe pari conſi-*
» *lio, & voluntate creant, qui* Rempublicam *vi-*
» *riliter rexit, & contra aſſiduas deprædationes*

Digitized by Google

Nortmãnorũ indefeſſus propugnator extitit. «
Dicit vnumquodque Regnum de ſuis viſceribus Regem creare voluiſſe, dicit Francos Odonem *in Regem creaſſe, certe igitur eius dicto* Odo Francus *erat, quia ſi Saxo fuiſſet, ne modo ex viſceribus non extitiſſet, ſed ne ſuperficiẽ quidem corporis Regni* Francorum *attigiſſet. Rurſus dicit vt Odonem* Principem *agnoſcas. Non quia Principes* Francorum *deeſſent, qui* «
nobilitate, fortitudine, & ſapientia Regnis «
imperare poſſent: ſed quia inter ipſos æqualitas «
generoſitatis, dignitatis, ac potentiæ diſcordiam «
augebat. Et ſubdit tandem omnes ceſſiſſe Odoni, *in eumdemque conſenſiſſe, vt manifeſte inde colligatur Odonẽ Francum & Principem extitiſſe. aliter enim non inter Principes Francos, ſed inter Francos & Saxones ſimultas interueniſſet, & in Saxonem Franci non in Francum conſenſiſſent, cuius nihilominus contrarium demonſtrant verba æqualitas generoſitatis: generoſitatis enim verbum ad generis nobilitatem referri proprie, nullus vmquam negauerit qui*

bonas literas norit. Et ſi Odo Francis Principibus generoſitate æqualis erat, immo ſuperabat cæteros Principes Frãcos, erat procul omni dubio Francus, & ex multis maioribus Princeps Francus, non Saxo. Si vtique ex Witichindo proceſſiſſet, aut ipſe ſolus in Francia, *aut ex ſolo patre in* Francia *nato ortus fuiſſet: cùm extra controuerſiam ſit, quod Witichindus, quem dicunt eius auum, quiſquis ille fuerit, nec* Francus *fuit, nec* Franciam *vnquam niſi hoſtiliter intrauit. Et ab Witichindo propterea licet ſtrenuiſſimus Dux fuerit, & eius proles in generoſiſſimam creuerit,* Francicam *generoſitatem trahere non potuiſſet, ad conflandam enim ſtirpis nobilitatem, quæ generoſitas dici poſſit, nõ vnius, aut duorum virtus, quæ nobilitatem pariat, ſed tritauorum, maiorumque nobilitas cumulari, coaceruaríque debet.*

At dicit Regino *Odonem Principem, & ex ſtirpe generoſa in Francia: erat igitur ex multis & claris maioribus Princeps Francus, non Saxo.*

Digitized by Google

Et denique dicit Galliarum populi in vnū congregati, cum conſenſu Arnulphi, Ottonem Ducem, Regem ſuper ſe pari concilio, & voluntate creant. At nec verum, nec veriſimile eſt, quinimmo eſt penitus impoßibile, quòd Franci proceres, qui Principibuſmet Francis cedere grauabātur, communi concilio, ſtudioq́; pari conſenſiſſent in Odonem, ſi Odo aut Saxo, aut non Princeps Francus extitiſſet. Ceſſerunt igitur Odoni quia Princeps Francus erat. Reginonis *igitur teſtimonio Odo Francus, & Princeps manifeſtè probatur.*

At videamus an fuerit ex Francorum *genere regio.*

Et ante omnes Regino*, vbi Odonem ex generoſa* Francorum *ſtirpe aſſerit, eundem extitiſſe ex genere* Francorum *regio manifeſtè teſtatur. Ex qua enim ſtirpe fuerit ipſe non explicat, ſed abſolute duntaxat illum generoſæ ſtirpis dicit. Stirps verò generoſa abſolute dicta, ea intelligi per excellentiam debet quæ cæteras omnes & nobilitate, & generoſitate ex-*

cellit, vt eſt ſatis per ſe notum, & hæc eſt in Frãcia regia. Erat igitur Odo Reginonis teſtimonio ex ſtirpe Francorum regia. Aliter enim ipſum abſolute generoſæ ſtirpis non dixiſſet, pro vt nec eundem Principem Francum aſſeruiſſet, ſi ipſum ex regio Francorum genere non cenſuiſſet, vt ex ipſius verbis, quæ ſupra retulimus, cognoſci apertiſſime poteſt.

Alter ſe offert teſtis Ado viennenſis in finalibus ferè verbis ſui cronici, dum ait. »Anno itaque incarnationis Dominicæ. 866. regnante eodem Carolo Ludouici filio duo filij illius, vt dictum eſt, moriuntur, Lotharius Abbas, & Carolus Rex Aquitanorum, auunculus quoque eius Rodulphus conſiliarius primúſque palatij hominem exit, nec non Rodulphus Archiepiſcopus Aquitanorum, & duo Principes Aquitanici Landricus & Muno, inter ſe dimicantes ſemet interimunt, Robertus quoque, atque Ranulphus, viri miræ potentiæ, armíſque ſtrenui, & inter primos ipſi priores, Nortmannorum gladio necantur.«

Digitized by Google

Tertius eſt teſtis Otto Friſingẽſis, lib.6.cap.5. dum ait. Ea tempeſtate Carolus occidentalis Franciæ Rex Nortmannos, qui occiſo Roberto, cæteríſque Regni primoribus, vbique baccabantur, cum Britonum auxilio obſidione in Andegauenſiũ, quã occupauerũt, clauſit vrbe.

Regino, vt diximus, affirmat Odonem Principem Francum, Ado aſſerit Robertum virum miræ potentiæ, & priorem inter primos, & hoc poſtquam multos Regis filios, & Principes nominaſſet. Otto dicit eumdem vnum ex Regni primoribus. Eſt igitur verum eorum teſtimonio, & autoritate, quæ multa eſſe debet, cum Regino, & Ado vixerint illis ferè temporibus, & Otto non longe poſt ſcripſerit, quod Robertus, & Odo fuerunt ex genere Francorum regio. Quòd ſi ex genere regio, & Franci non fuiſſent, ſed ex Witichindo extitiſſent Saxones, Nec Regino Odonem Principem dixiſſet, Nec Robertus, qui aut ipſe primus in Franciã veniſſet, aut ad ſummum in Francia natus eſſet, ab Adone, & Ottone vnus ex Franciæ pri-

moribus, & miræ potentiæ, ac primorum prior, dici potuiſſet.

Obſtitiſſet enim gentis & inſtitutum, & Lex. Quam legem, Quodve inſtitutum, pro quarto teſtimonio, inuincibilíque argumento, ſic adducimus.

Fuere ſemper antiquiſſimo gentis inſtituto dicti, habitíque Duces aut Principes, ij duntaxat, qui ex gentis regio genere deſcendiſſent. Quinimmo fuit lata lege cautum ne Francorum Dux, Princeps vé aut diceretur vllus aut haberetur, qui ab genere regio, ab eóque genere, cui datur ad coronam aditus, agnationem non duxerit. Isq́; mos longè ante in gente coaluit, quàm eſſet gens ipſa Francorum nomen adepta. Eáque lex ante Chriſti natiuitatem per annos vltra quadringentos ab ea lata fuit, quæ longè auguſtiore, quàm ſit humana autoritas, in ipſa gente autoritate nitebatur: eandémq; tum vniuerſæ gentis conſenſus perpetuus, tum nunquàm interrupta conſuetudo emologauit. nullíque propterea dubium eſſe po-

teſt, quin inſtituti huius, huiusve legis ex tot annorum ſeculis aucta, roboratáque virtus alienos à ſanguine regio à Principis, Ducisvé Francorum nomine, & priuilegio ſemper excluſerit. Clarum eſt enim Francos, ad hãc vſque diem, nullum vnquàm pro Francorum Principe recepiſſe, qui non deſcenderit ex genere Francorum regio. poſſem hic multos nominare; ni odioſa, & ſuperflua recordatio eſſet, qui & ſi nobiliſſimi Principes, titulíſque regalibus inſigniti eſſent, nihilominus & in iudiciis qualitatem Principis ſumere, & in publicis ſolemnitatibus principum inſigniis vti prohibiti fuere.

At vterque Robertus, Odo, & poſteriores etiam ante Regnum adeptum Duces, Principéſque dicti, habitíque fuere. vt teſtati ſunt Regino, Ado, & Otto, & inferius copioſius demonſtrabitur.

Robertus certè vterque, Odo, & poſteriores ex regio Francorum ſanguine deſcendere. Fuiſſent vtique aliter à Ducis, Principisvé

Digitized by Google

nomine penitus excluſi.

Morem teſtatur Waſtald, qui gentis rerum geſtarum hiſtoriam texuit, & ex illo Tritemius, dum in compendio ſuorum annalium lib.1.gentis tranſmigrationem ab Scythię finibus ad Rheni oſtia ſic refert. Anno igitur
» *ante Chriſti natiuitatem quadringenteſimo,*
» *trigeſimo tertio, qui fuit Regis Marcomiri*
» *annus intrans ſeptimus, circa medium menſis*
» *Hecatombeonis, quem nos Aprilẽ vocamus,*
» *Rex ipſe Marcomir cum Sunnone, Panthe-*
» *nore, & Priamo fratribus ſuis, Ducibus, reli-*
» *ctis vltra Danubium & mare Scythiæ fini-*
» *bus, longóque itinere verſus Aquilonem gi-*
» *rantes, & Paulo inferius. Principum nomina,*
» *qui cum Marcomiro erant, & de proſapia*
» *eius deſcenderant, Nicanor Dux, patruus*
» *Marcomiri Regis, Sunno, Pantenor, & Pria-*
» *mus, fratres Marcomiri dicti iam Regis, He-*
» *lenus Dux, Antenor Dux, & poſtquàm vl-*
» *tra triginta enumeraſſet, & mortem ipſius*
» *Marcomiri retuliſſet, ait. Reliquit autem tres*

Digitized by Google

ſilios Duces, Antenorem, Priamum, & Nicanorem. «

Teſtatur idem ſub Priamo Rege, circa annum, ante Chriſtum natũ, tercenteſimo octuageſimo octauo.

Et circa annum triceſimum ante Domini natiuitatem, ſub Rege Franco, Antarij filio.

Sed apertius ſub Richimero *Rege* Ratheri *filio, vbi poſtquàm retuliſſet Sunnonem Ducem à patre Richimero Rege miſſum, tenuiſſe Ducatum inter Saxones, Sarmatas, Sclauos, &* Boëmos, *& aliquas illius ſucceſſiones enumeraſſet, ſubdit. Remanſit aliquandiu in his* «
terris nomen Francorum, *quouſque multipli-* «
catis Ducibus regio in partes fuit diuiſa plures, «
& ſingulæ diuiſiones nomen à ſingulis vel «
Principibus, vel euentibus acceperunt. appellat «
multiplicationem prolis, multiplicationem Ducum. dicebãtur igitur abſolutè Duces illi, qui naſcebantur ex ſanguine regio. Idque & ex eo confirmatur, quod eoſdemmet promiſciuè modo Duces, *modo* Principes *nominat. vt Superius*

Digitized by Google

fecit, & facit vbique.

Teſtatur idem ſub Bertero Rege Hilde

filio, ſub anno à Chriſto nato ducenteſimo,

xageſimo ſexto. Et idem ſub Rege Clog

ne, Dagoberti filio. Et ſub Rege Clodom

huius Clogionis fratre, circa annum Domi

tercenteſimo vigeſimo.

Sed apertius dum electionem Faramun

in Regem exponit: Conuenerunt in cauſa h

» *ius negotij ad aliam dietam Duces ſubſcrip*

» *Faramundus videlicet Dux Francorum ori*

» *talium, Marcomir Dux, & Sunno Dux, fr*

» *tres Faramundi orientalis, Clodius Dux*

» *lius Faramundi, & multos inde nominat ſ*

nomine Ducis, quos omnes conſtat eſſe ex ſa

guine regio.

Idem confirmat ſub Clodoueo, primo

Francorum Regibus Chriſtiano, his verb

» *Clodoueus autem Rex, & ſi homo fuerit*

» *ſubditos pientiſſimus, in ſuos tamen conſang*

» *neos nimium legitur fuiſſe crudelis, quippe q*

» *plures nobiliſſimos de antiqua Regum prop*

gi

gine ortos, Reges, Duces, & Principes crudeliter, & inſidioſè fecit occidi, vt Regnum ſolus haberet.

Et Conſtat ideò ex his, quæ ſupra ex Waſtaldo, Clodomiro, & Hunibaldo, retulit Tritemius, per noningentos & vltra annos, morem Francorum fuiſſe, vt nullus Francorum Princeps, aut Dux diceretur, aut haberetur, qui aut Regis filius non fuerit, aut ex genere regio non deſcenderit.

Legem autem quam ante Chriſtum natum, per annos vltra quadringentos, latam fuiſſe ſuperius diximus, tulit Regina Cambra Regis Antenoris, Marcomiri illius filij, qui gentem traduxit ex ſcythiæ finibus ad oſtia Rheni. Refert ex dictis idem Tritemius, in dicto lib. 1. ſui compendij, ſub Rege Antenore, his verbis.

Vxorem habuit Rex Antenor nomine Cambram, quæ filia erat Belini Regis Britanniæ. Hæc fuit mulier ſuper totius Regni filias ſpecioſiſſima, tantæ prudentiæ, vt eius conſilio Rex, & Principes Francorum non ſecus ac

» *numinis cuiuſdam in cunctis ſemper conſueue-*
» *rint obtemperare. Mores gentis nimium Scy-*
» *thica feritate rudes adhuc, legibus reddidit cu-*
» *tiores. & paulo inferius. Leges compoſuit, i-*
» *dixit, Vatem ſe, Dianæque Poncificem, &*
» *Alirunam exibuit. & paulo infra. Mortua-*
» *verò poſt annos plures Reginã Sicambri ret-*
» *lerunt inter deas, & in memoriam eius Reg-*
» *Procerúmque decreto, qui prius Nouimagi,*
» *eſt Neumage, quaſi noui cognati dicebantur*
» *Saxonibus amicis, deinceps vocabantur S-*
» *cambri per annos fermè quadringentos, don-*
» *tandem à* Franco *Rege quodam ſuo (quemad-*
» *modum dicemus) nuncupati ſunt Franci vſq-*
» *in præſentem diem. & inferius. Anno Ant-*
» *noris duodecimo patruus eius Sunno morit-*
» *duos relinquens filios, Marçomirum & H-*
» *ctorem, quorum primus poſtea cum equo ſup-*
» *glaciem curſitans, in Rheno fuit ſummerſu-*
» *iunior verò Ducatum patris in Hollandia ſ-*
» *Regis imperio gubernabat.* Reliquit & *al-*
» *quatuor filios ex aliis quatuor concubinis pr-*

creatos, qui non computantur inter Duces lege Sicambrorum vetante, quæ interdixit, liberis de prima vxore ſuperſtitibus, filios ſequentium Principes vel eſſe, vel nominari. Quam legem Cambra tulit Regina ne Regnum confunderetur. Apertius nil dici poteſt, lex ideò lata fuit ne ſtirps verè regia confunderetur, & vt ex ipſo Ducis, Principiſve ſolo nomine ij dignoſcerentur, quibus ad coronam legitimè aditus daretur. Lege igitur moréque gentis clare probatur Ducis, Principiſque nomen illis conuenire duntaxat, qui erant ex vero genere regio.

Ac latius videamus, An Robertus, Odo, & *poſteriores, ante* Regnum *adeptum, Duces, Principeſve dicti, habitique fuerint.*

De Roberto primo, ſic teſtatur Sigibertus, ſub anno 890. Frãci verò neglecto Carolo Ludouici Balbi puero vix decenni, Regem *ſibi præfigunt Odonem filium* Roberti *Ducis, quẽ à Nortmannis occiſum ſupra diximus. Nec dicendum eſt Sigibertum ideò* Robertum *dicere*

Ducem,quia Andegauis præfectus erat
iſta ratione non Ducem, ſed Marchion
lum ſupra nominauit. ſub anno. 866.
» *manni Galliam repetentes,Nannetis,*
» *gauis,Pictauis, & Turonis terminos de*
» *lantur,quibus occurſantes Dux Aqu*
» Ranulphus,*&* Robertus *fortis Marchi*
» *ipſi incaute præliantur,perimuntur.*

Et de eodem Otto *Friſingenſis libri*
» *3.in fine. Eodem tempore Nortmanni*
» *gerim Nannetenſem,Turonenſem,A*
» *uenſem prouinciam vaſtantes,*Robertu
» *cem occurentem ſibi occidunt. Et M*
Polonus,in ſuo cronico,ſub Gratiano Ir
tore,dum Reges *Francos enumerat, ai*
*geſimus,*Otto *filius* Roberti *Ducis.*

Et de Roberto *ſecundo, ſuperioris fili*
» *Sigibertus,ſub anno.920.* Robertus *D*
» *ter Odonis* Regis*, appetens regnum F*
» *rum contra Carolum, inquietabat Fra*
» *eiuſque inſtinctu Primores Franciæ ac*
» *bantur Carolo.*

Et ſub anno.924. Carolus Rex Francorum *à Comite Heriberto captus, in cuſtodia Peronæ traditur, ob necem* Roberti *Ducis ab eo perempti.* „ „ „ „

Et de eodem Aimoinus, lib. 5. cap. 41. ſic. Itemque obſidentibus Nortmannis Carnotinam Ciuitatem, *prænominatus* Richardus, & Robertus *Princeps, frater* Odonis Regis, *irruerunt in eos, peremptiſque ex paganis ſex millibus octingentis, à paucis, qui remanſerant, obſides ceperunt, & eo. cap. paulo inferius. Poſt hæc defuncto* Ebolo *Abbate,* Robertus *ſupradictus Princeps, cupiditate magis ductus, quàm cura animarum ſollicitus, Abbatiam Sancti* Germani *accepit.* „ „ „ „ „ „ „ „ „ „

Et de Hugone filio huius Roberti *iunioris, & patre Hugonis Capeti, idem Aimoinus, eod. lib. 5. cap. 42. Sub hoc etiã* Rege Rodulpho *Hugo Magnus Abbatis nomen poſt obitum patris ſui* Roberti *ſupradicti ſumpſit, & ſub eo per ſucceſſiones hi fuere Monaſterij Sancti Germani decani, videlicet, Armarus, quo ob* „ „ „ „ „

„ eunte ſucceſſit Gosbertus, deinde Abbo
„ Regnante Rodulpho, ſub Hugone
„ Francorum Duce, & Monaſterij San
„ mani Abbate.

Et de eodem Vrſpergenſis, ſub anno. 9
quam reductionem Ludouici Tranſm
citaſſet, de ipſo Ludouico [intelligens],
„ tamen Hugo Dux poſtea rebellauit.

Et ne incaſſum tempus teratur, v
& quæ ſuperius adduximus loca, vbi
ries vtrúmque Robertum, Odonem, &
nem etiam vtrumque, ante adeptum
Duces, Principéſque dictos fuiſſe. era
ex genere Francorum Regio.

At cum hoc argumentum, ex anti
Francorum hiſtoriis ſumptum, firm
tabiliter noſtram ſententiam, non ign
res fore, qui vt illud elidant, recurrẽt a
tios, Rhenanos, Nuenarios, alióſque
vel nimis delicati, vel auſteri, & cum
candeſcentes, antiquorum Francorum
rias penitus pernegabunt. Exclama

meras eſſe nugas, anileſque fabulas, infæliciſſimo ſeculo, ab Hunibaldo, aut alio quodã Hunibaldi nomine cõfictas, & propterea nunquã admiſſuros, aut ex Troianis Frãcos deſcẽdiſſe, aut Francos, Priamos, Antenores, Helenos, Nicanores, Antharios, Caſſandros, Herimeros, Farabertos, *alioſue, qui eiſdem in hiſtoriis Frãcorum Reges dicuntur, Francorum Reges fuiſſe, aut vnquam in rerum natura extitiſſe illos, quorum nomina, aut facta, nullus Romanorum hiſtoricus recenſuerit. Et non eſſe ideò ſe (ſi Diis placet) Hunibaldis, ſimilibúſque ſcriptoribus fabuloſis, & barbaris, quorum ſomniis nihil inanius, fidem adhibituros. Et ſublata fide autorum, vnde ſumitur argumentum, argumentum etiam ipſum corruere, nullus eſt, qui non videat.*

Dicent forſan alij, argumentum carere viribus ex eo, quod in curſu hiſtoriarum apparet multos fuiſſe nominatos Duces, *qui clare nihilominus ex eiſdem hiſtoriis dignoſcuntur non*

fuiſſe ex ſanguine Regio.

Iſtis quia longè æquiores ſunt , & pr
propterea facilius rationi acquieturos , pri
loco ſatisfaciam, vt illos poſtea confutem.

Dico itaque Ducis *nomen plura ſignifica*
Demonſtrat primò illum , qui aliis iter oſte
dit. Et illum, quem in opinione, vel in actio
vel in opere aliquo , alij ſequuntur. Et de h
quia per ſe ſignificationes ſatis notæ ſunt, &
faciunt ad noſtrum inſtitutum , exempla n
deducam. Demonſtrat *rurſus exercitus Imp*
ratorem, & illum, qui milites ducit, ac regit
bello , quæ etiã ſignificatio eſt ſatis nota. Et
» *ipſa habetur, lib. Iudicum, cap. 1. Poſt mort*
» *Joſue conſuluerunt filij Iſrael* Dominum *, d*
» *centes. Quis aſcendet antè nos contra* C*an*
» *nicum, & erit Dux belli. Et in Gregorio T*
ron. lib. 5. cap. 13. Mummulus verò Patrici
» *Gunctcranni* Regis, *cum magno exercitu vſ*
» *Lemouicinum tranſiit, & contra Deſideriu*
» *Ducem Chilperici Regis bellum geſſit. D*
monſtrat vlterius illum, qui Ciuitatem aliq

Digitized by Google

inſignem, vel Prouinciam gubernat: idẽ enim ipſe Ducis, quod Ciuitas, vel Prouincia illa, Ducatus, nomen ſortitur. Et in hac ſignificatione, ait Gregorius Turon. lib. 8. cap. 18. Nicetius per emiſſionem Euliali à Comitatu Aruerno ſubmotus, Ducatum à Rege expetiit, datis pro eo immenſis muneribus, & ſic in Vrbe Aruerna, Ruthena, atque Vcetica Dux ordinatus eſt. Vir valde ætate iuuenis, ſed acutus in ſenſu, fecitque pacem in regione Aruerna, & in reliquis ordinationis ſuæ locis. Et lib. 9. cap. 7. Eunodius cum Ducatum Vrbium Turonicæ, atque Pictauæ miniſtraret, adhuc & vici Iuliacenſis, atque Benarnæ Vrbium Principatum accepit, ſed euntibus comitibus Turonicæ, atque Pictauæ Vrbis ad Regem Childebertum, obtinuerunt eum à ſe remoueri.

Demonſtrat inſuper illum, qui Dignitatem habet, quæ dicitur Ducatus, & eſt Dominus Ciuitatis, vel Prouinciæ, quæ eſt in Ducatũ erecta, & quia Dignitas eſt realis & reſidet principaliter in Ducatu, eo vſque duntaxat Dux

dicitur, quoúſque Ducatum habet,
ſignificatione Dux differt à Principe
Dux eſt, qui Ducatum habet, ita P
eſt, qui habet Principatum. *Et de his*
tit. quis dic. Dux, Com. vel Marchi
Feudorum, & dicunt ibi latè doc
ita continuator Aimoini, lib. 4. cap.
„ *Vrſpergenſis, ſub anno. 757. & 76*
„ *Viennenſis, ſub anno. 758. dicunt* T
„ *Ducem* Baioariorum. *Et ita hodie*
Duces, in Italia Ferrarienſis: Niue
„ *Francia: in Hiſpania Albanus, &*
alibi Ducatus habent. Et quales Du
„ *debeant, oſtendit idem continuator*
„ *dum lib. 4. cap. 61. intelligens de Pipi*
„ *ait, Griſonem more* Ducum *duodeci*
„ *tibus donauit.*

Et demonſtrat præterea illum, qui
lentiam aliquam ſic dicitur, & ex i
pereminet, & hac ſignificatione, no
ceps, & nomen Dux, *idem ſignifica*
ferunt in aliquo. Ita Duces, *&*

dicti ſunt filij, & nepotes Eſau: Ita filij, & nepotes Iſraelis. & Ii, qui in poſterorum propagatione familiarum capita extiterunt. Geneſis. cap. 36. Exodi, cap. 6. Numeri, cap. 1. & 2. Eſdræ. 2. cap. 8. & 11. & vbique in ſacris libris. Et ita Duces, & *Principes, per excellentiam dicebantur Francorum illi, qui nati erant ex ſanguine regio, vt ex omnibus locis, quos ſupra ex Tritemio retulimus apertiſſime videri poteſt.*

Et reſpondendo ad obiectum, dico, quod licet in Francorum hiſtoriis multi, qui non ſunt de ſanguine regio, Duces *dicātur. apparet nihilominus ſemper ex eiſdemmet locis, quod dicuntur* Duces, *Aut quia ſunt* Duces *exercitus, Aut gubernatores Prouinciarum, Aut* Domini *ſunt alicuius* Ducatus*, à quo dicuntur* Duces, *& in eiſdem tandem locis ſemper apparet, quod* Duces *appellantur ex aliqua ſignificatione ex quinque prioribus. At quod ex vltima, & ſic quod per excellentiam, & abſolutè* Dux, *aut* Princeps Francorum *dicatur aliquis*

qui non ſit de ſanguine regio, aut ſupir
aut nullibi inuenies in Francorum hiſt

Supereſt grandius opus, ut illos ne
futemus, qui ne dum antiquorum Fr
hiſtorias, ſed Francos ipſos antiquos e
nitus pernegant, & abiciunt. Et quar
ginem traxerint ne Franci ex Troian
cus ſolliciti eſſe minime debeamus: Qu
ex Ilio, aut aliunde deſcenderint, non
faciendum pro noſtro inſtituto: dumm
liſcumque fuerit illorum origo veru
demonſtretur, quòd de illorum Regum
nobilitate, factis egregiis, ſalubribus inſ
legibus ex Hunibaldo, aliiſque, quos H
dus refert, Tritemius, Gebuilerus, &
plurimi illuſtres hiſtorici teſtatum n
quere. Non ante tamen confutationem
di cenſuimus, quàm profeſſi fuerimus
videre quo tendant omnes fere, qui hi
Francorum res tractant: dum horr
Troianam originem, vt eligant potius
nebuloſis neſcio quibus lacunis, aut ex

aliquibus alpium ſaltibus, coniecturis admodum debilibus, Francos eruere, quàm ex Francorum antiquis ſcriptoribus ex Troianis illos recipere. Ac ſi non ille Troianus populus fuerit, cuius antiquiorem, illuſtrioremque nobilitatem, ſi fabuloſas reiiciat, non facilè quis in etnicorum literis reperire poſſit: in cuiuſve affectanda origine, non ſolum multæ non obſcuræ gentes ſemper ambitioſæ fuere, ſed Romani, qui omnium maximum, & auguſtiſſimum fundauerunt imperium, & Veneti, qui omnium nobiliſſimam conſtabilierunt perennem Rempublicam, originem profiteri ornamento ſibi duxerunt: & paucos ante annos, rerum Gallicarum curioſus, & nobilis indagator Robertus Cenalis, quod Gallofranci eandem profiteri poſſent, felicitati Galliæ tribuebat: ait enim in primis verbis, lib. 1. de Re Gallica. Et vt de cæteris taceam, non defuere Gallici nominis, famæque plus ſatis odioſi inſectatores, qui hanc illi inuiderint felicitatem, quòd priſcam ſuam originem in Troianorum reliquias, non ſinè apertis teſti-

moniis retulerit. Sed ad inſtitutum. Q
iſti non ratione vlla probabili, ſed prop
taxat opinione nituntur, & debent p
potius opinionibus illuſtrium ſcriptoru
quàm rationibus confutari. Dico, *qu*
quam negant Francorum *Troianam*
Meotidam Pãnonicamque migrati
rerum geſtarum hiſtoriam, tradunt, &
bant, Hunibaldus, Gregorius Turone
donius Apollinaris, Aimoinus, Si
Gemblacenſis, Otto Friſingenſis, *H*
riacenſis, Hugo Sanuictorinus, Otto
cenſis, Vincentius Bellouacus, Æneas
Tritemius, Michael Ritius, Ioannes
Bergomas Italus, *Bochettus, Nicola*
dius, Anſelmus Heluetius, Ioann
nianus, Gerardus Nouiomagus, Fun
nes lucidus Samotheus, Hucbertus
Leodius, Donatus *Boſſus, Baptiſta*
tuanus, Baldricus Dolenſis *Præſul,*
dentius Merula. Quorum omnium o
opinionum locos, ac ferè verba forma

Robertus Cænalis, in ſuo lib. 1. Periochæ. 11. de Re Gallica. Is enim, qui in hac diſquiſitione inſtar omnium eſſe poteſt, ita omnes friuolas rationes contradicentium rationibus confutat, ita clarè ex ſupra nominatorum ſcriptis veritatem hiſtoriæ antiquorum Francorum *elucidat. Ita illorum poſt Troianum excidium migrationes, ad Paludes Mæotidas, & ora Danubij, in Pannoniam, & ad Oſtia Rheni, ſuo quamque tempore deducit, ita opinionem hanc vrgentiſſimis coniecturis, ex* Beroſo Caldeo, *Manethone Ægiptio, Horatio, Iuſtino, Strabone, Ammiano* Marcellino, *Ioſeph Bengariō Hebreo, & Annio Viterbienſe, munit, vt qui, & ipſis rationibus, & tot præſtantium virorum opinionibus contraire nitantur, vix eſt vt poſſint, peruicacis ingenij notam effugere.*

Et licet ipſius Cænalis rationes, illorũq; quos refert, verba huc transferre è re eſſe non duxerim, quiſque enim apud ipſummet illa perlegere poterit. Vnius nihilominus Thomæ Leodij, cuius duntaxat ſententia à Cænale refertur,

Digitized by Google

verba formalia, quæ plures, vrgentiſsimá
continent coniecturas, huc repræſentare op
prætium fore exiſtimaui. Ait igitur, in cap.
Sycambri in Troianos ſuam originem ref
poſſint. De Tungris, & Eburonibus. Qu
» *plerique Galliæ populi originem ſuam in T*
» *ianos referre malunt, vt Aruerni, de qu*
» *Lucanus.*

Aruerni Latios auſi ſe fingere frat
» Sanguine ab Iliaco. *Item* Franci *Treca*
» *ſenones, opinatus ſum dictantibus illud ip*
» *Leodiorum annalibus, Tungros quoque*
» *cambros, & Phriſios à Troianis oriundos,*
» *buſdam adductus coniecturis. De Tungris*
» *tem Arduenna Sylua me mouebat, q*
» *Galli foreſtam* Dardaniæ *appellant, in qu*
» *oppidum Dione, quod Dionantum dic*
» *vbi Veneris* Diones *templum à Tungari T*
» *iano duce, & Tungrorum conditore conſ*
» *ctum aiunt, quare in Eburonibus meis c*
» *iuuenis luſi.*
» Tungaris idęę liquit iuga ſacra Dion

Et

Digitized by Google

Et rapidas Xanthi Dux bonus amnis aquas, "
Venit Eburonũ denſóſque ad lumina lucos. "

Porrò de Sicambris opinionem augebat Xanthum oppidum nobile hodie in Cliuiis, non procul ab Aſciburgio, quod vetera caſtra non bene opinantur. Vnde rurſus ego. "

Se quoque Troiano iactat de ſanguine cretum, "
Littora qui Moſę curua Sycãber arat. "
Atque equidem Xanthum antiquæ veſtigia gentis, "
Vrbem Cliuenſi ſub ditione docet. "

Quem non in ſuſpicionem traheret Phriſia? quam olim Phriſiam Troianus Grunius appellarit, Groningámque in Phriſiis condiderit, & templum in ea mirandi operis vndique quondam peruium, & columnis ſubnixum, nunc verò muris concluſum. Nec obſtaret Cornelius Tacitus, qui Germanos indigetes appellat. Num enim vna natio, aut vnius regionis "

Digitized by Google

» *tractus à Romanis occupatus, proti*
» *manam originem inuerteret. Sunt*
» *hodie indigenæ Germani licet alia ge*
» *Germaniam inhabitet: vt Boiohemi*
» *& alij. Et quid vetuerit ſi primum*
» *profecti Troiani in Hungaria, vt fer*
» *derint, deinde aucti numero ad Rher*
» *quæſiuerint, quibus non contenti, in f*
» *Galliam penetrare voluerint, quod*
» *non adeò difficile factu fuit, Germa*
» *temporis vrbibus carente. Nonne ab*
» *per eum fermè tractam, vt quaſi repe*
» *das, factum idem legimus, quo tempo*
» *tior erat Germania. Et quid non*
fuiſſet generoſis illis ſpiritibus?

Poſſent tot clariſſimorum virorum
receptæ autoritates cuique, etiam ni
caci, eſſe ſatis, vt nihilominus æqui
veritatem agnoſcant, qui contrarium
complurium nobilium ſcriptorum te
quæ non ſunt, ni me fallit memoria,
relata, pro eadem ſententia referre, mi
uabor. Et inter primos, Paulus Dia

ſcripſit ante annos octingentos, in lib. 6.cap. 8. de Geſtis Longobar.ait. Hoc tempore apud Gallias in Francorum Regno Anchiſes Arnulphi filius, qui de nomine Anchiſæ quondam Troiani creditur appellatus, ſub nomine Maioris domus gerebat principatum. Ado Viennenſis, qui ſcripſit ante ſeptingentos annos, in ſuo cron.ætate.6.ſub anno. 375.Valentiniani, & Valentis tempore rebellantes Alanos Frãci inter Danubium, & Mæotides paludes iuncti Romanis, ſuperauerunt, Francos lingua Attica Valentinianus Imperator à feritate, & duritia, atque audacia appellari primus voluit, qui poſt paululum cùm tributa Romanis negarent, & Romanorum impetum ferre non poſſent, egreſſi à Sicambria, peruenerunt in extremas partes Rheni fluminis in Germanorum oppida, ibique aliquot annos cum Principibus ſuis Marcomiro, & Sunnone reſederunt.

Abbas Vrſpergenſis, qui ſcripſit ante annos tercentos quinquaginta, in Cronic. ſub anno 367. De origine Francorum. Francorum

» *gentis exordia de antiqua* Troi*anorum p*
» *re proſapia. Nam eo tempore, quo poſt*
» *dium Troiæ Æneas Italiam venit, qu*
» *eiſdẽ Troianis ſimili modo profugi circa*
» *tidas paludes applicuerunt, ibique conſid*
» *terminos ſuos vſque in* P*annoniam dila*
» *runt.Conſtruxerunt autem ciuitatem S*
» *briam. At videantur reliqua apud ipſ*

Got*fridus* W*iterbienſis,qui ſcripſit an*
nos quadringentos. In procœmio partis
« C*ronici. Tempore igitur quo Æneas*
« *Troiæ deſtructionem, in* I*taliam venit,*
« *mus iunior,nepos magni Priami ex ſoror*
« *cum eo Antenor,Troianorum* P*rinceps*
« *13000.per mare illiricum in Venetias ven*
« *ibique* P*aduam ciuitatem ædificantes,*
« *hodie ipſe Anthenor honorificè ſepultus*
« R*egio inuenitur,per Mæotidas paludes*
« *thiã regionẽ ſedes ſuas poſuerunt, ciuita*
« *cambriã ædificantes,vndè etiam Sicambr*
« *nominati & paulo inferius. Et propter*
« *victoriam à Valentiniano Imperatore*

ideſt feroces, ſunt perpetuo appellati. Martinus Polonus, qui ſcripſit ante annos ducentos ſexaginta, in ſuo cronico, ſub Gratiano *Imperatore, circa annum à* C. *N.* 383. *dum vſque ad Philippum Valeſium recenſet Reges Francos, ait.*

Anno primo Gratiani, *primus ſuper Francos Priamus tenuit Principatum, non Priamus ille* Magnus Rex *Troiæ, ſed alius, qui ab Hectore illius filio, per Franconem, in Francorum cronica, legitur deſcendiſſe.*

Et ex recentioribus, Io. Laziardus, lib. 3. *cap.* 1. *Epito. hiſtoriæ vniuerſal. ait. Poſt euerſam à* Græcis *Troiam, famoſumque* Ilij *incendium, inſtructa claſſe, Troiani primum in Traciam delati ſunt. & ſtatim. Contractis ex Vrbe ſociis Priamus ad oras Thanai fluminis appulit. Deinde ad Mæotidas Paludes* Francione *rectore deuenerunt, ex quo nomen ſortiti, deinde vocati ſunt Franci, ibique non mediocri extructa ciuitate cui nomen Sicambria, nõ paucis annis conſederunt. reliqua apud Au-*

„ *torem legere poteris.*

Ioannes *Briſeus, in lib. cui titulus eſ*
ſio hiſtoriæ Britannicæ. Tres enim
„ *Romani Ænea duce, Franci Antenor*
„ *tones Bruto, poſt Troianum excidium r*
„ *Danaum, atque immitis Achillis, ab*
„ *Europam varias ad partes profugerunt*

Iacobus *Wimphelingius, Epito. Rer*
manicarum, in c. de defectione ſtirpis
Magni.

„ *A Francis autem Orientalibus, q*
„ *maniam incolunt, ipſe Carolus genus*
„ *omnéſque Franci tranſrhenani à Troia*
„ *pe, poſt Ilium captum, longa ſerie proge*
„ *ſtatim. Beatus Arnolphus Eccleſiæ*
„ *ſis xxix. Epiſcopus, cùm ante adeptum*
„ *ficatum huic quoque magiſtratui præ*
„ *ex legitima coniuge duos filios procrea*
„ *Angiſum, & Clodulphum, Anghiſi hu*
„ *men ab Anghiſe patre Æneæ, qui à Tro*
„ *liam venerat, creditur eſſe deductum.*

Wolfgangus Lazius, & Petrus Mare

toto ferè 3. libro. De gentium aliquot migrationibus, & iſte, tribus libris, Compendij ſtirpis Caroli Magni, & Caroli v. Imperatorum, idem amplectuntur, & tradunt, vt latè apud ipſos quiſque inſpicere poteſt.

Sed *audiamus Hieronymum, Gebuilerum, in libro, cui titulus, libertas Germaniæ, in primis verbis.*

Deſtructo iam Ilio Troianorum reliquiæ «
patria orbatæ nouas quærere colonias coactæ, «
pars Italiam petentes, Ænea duce, vrbi Ro- «
mæ initia dedere. Alij ad Meotidas Paludes «
nauigio delati, ſubductis nauibus Sycambriam «
ciuitatem, à qua & Sycambri dicti, extruxe- «
runt. Vbi vſque ad Valentiniani C*æſaris tem-* «
pora degentes, in magnum creuere populum, «
qui vt cæteræ Prouinciæ Romanis *vectigales* «
annuũ cenſum exoluerunt, donec Valentinia- «
ni iuſſu Alanos populos tunc Romanis rebel- «
lantes, ac tributum dare negantes, bellica vir- «
tute priſtino cenſuali iugo ſubdidiſſent, qua vi- «
ctoria contra Alanos obtenta, Valentinianus «

» *Imperator, Sicambris, Troiano ſanguine*
» *in laborum compenſam ad decennium tr*
» *rium onus remiſit. Vnde &* Franci, *hoc eſ*
» *ri appellati fuerunt, & ſi hoc nomen à qu*
» Francone *Hectoris, ſeu Priami, filio e*
» *inditum nonnulli adſtruant: Et paulo in*
» *Francis itaque Germanis magnam & C*
» *& Germaniæ portionem occupantibus,*
» *comitum Ducem, cuius nunc meminimu*
» *cum Germanũ quem longa propagine à T*
» *norum Rege Priamo ſatum, ſumma ob*
» *tione colebant, Principem, cui omnes obe*
conſtituunt. Allegat Gebuilerius, pro iſt
nione, Baptiſtam Mantuanum, & de
» *ritate ipſius ſic præfatur. Firmiſſimo d*
» *munimẽto nobis futurus Chriſtianus ille*
» *Mantuanus* Baptiſta, *quem Cyclop*
» *abſoluiſſe nemo dubitat, cui quoque nih*
» *hiſtoriarum perfectiſſimum fuiſſe liquid*
» *ſtat. Qui in Diui Dioniſij vita, de* Fran
» *Germanis Regibus ita cecinit.*

» Poſtquam Roma diu Gallos p
» derit, arma

In noua iurabunt Franci, Germanica proles, "
Si genus inſpicias hominum, Troiana propago. "
Regnáque tranſmiſſo veniẽt in Gallica Rheno. "
Hos inter Regale Decus Pharamundus habebit Primus. "

Et rurſus eumdem Gebuilerum, in cap. 10. lib. 3. Ortus Archiducum Auſtriæ, ac Comitum Absburgenſium. Habsburgiæ verò domus maiores ne dum recentioribus ſeculis, & Germanis, & Romanis Principes, verum à Troiano excidio Scythis, Sicambris & Frãcis, priuſquã Chriſtus mundo illuceſceret, annis ferme mille ac ducentis Reges, & Duces ædidiſſe legimus, quorum etiam ſceptro apud Francos continuato, Romanis potenti manu ex tota Gallia pulſis, Celtas, Bulgas, & Aquitanos, non ſine cæli prouidentia, vnde Principem eſſe conceditur, imperata facere coëgerunt.

Et ne plures inquiramus, Franciſcus Ireni-

cus, dum ſcriptores rerũ à nationibus
recenſet, lib.1.cap.1. Exegeſeos Germ
etiam recenſet ſcriptores rerum Fran
» Sicuti & Franci tunc Germani, quor
» Theocalus Hunibaldus plus 30. libris,
» dus, Helicaſtus, Arebaldus, Rithime
» thanus, Doracus, Caradacus, Ruthu
» ſteritati mandauerunt.

Poſtquam igitur tot illuſtres rerum
res referunt verè extitiſſe antiquos R
cos, Illorum, nomina ædunt, mig
Meotidam, atque Pannonicam appr
cta exponunt, ac tempora digerunt :
rum vnus Abbas Vrſpergenſis, quem
ni tanti faciunt, vt illi contraire, p
oraculo ſacro, nephas eſſe videatur: q
& alter adſit Franciſcus Irenicus an
indagator diligentiſſimus, & is ſcript
de antiquioribus Francis nominet,
Tritemius ea refert, vndè ſuperius ar
texui; & tanta ſit Tritemij autorita
velit alicui ſcribenti autoritatem aſſer

conſuluiſſe exiſtimauerit, ſi in frontiſpicio operum illius Tritemij teſtimonium imprimi curauerit. Vt in libris Gregorij Turonenſis, Witichindi Saxonis, Guntheri ligurini, & aliis videri vtique poteſt. Minimè poteſt in dubiū reuocari, quin Duces, *& Principes Francorum per excellentiam illi duntaxat ſemper habiti ſint, qui deſcenderint ex* Regio *Francorum ſanguine, vndecunque originem, ij* Reges *duxerint, & quin propterea* Robertus, Odo, *& poſteriores, extiterint ex eodem Francorum ſanguine* Regio, *vtcumque Rhenanus, Krantius, Nuenarius, & alij allucinati fuerint, poſtquam Duces, ac Principes per excellentiā vbique nominati fuerint. Vt ſupra ex vera hiſtoria ex Tritemio relata, & ex multis probatiſſimis ſcriptoribus, propoſitiones argumenti manifeſtiſſimè probaui. Et ne eorum argumentatio ſuperius relata de* Romanis *ſcriptoribus, aculeis quibuſdam, lectorū animos pungat, eſt appoſito ſimili illorum acies hæbetanda. Fuit Nortmannorum nomen* Romanis *ſcri-*

ptoribus ante inclinationē imperij pe
cognitum, & nihilominus ex Saxon
matico, Ioanne, & Olao Magnis,
Krantio, & compluribus aliis plan
Nortmannorum gentem antiquiſſim
potentiſſimam fuiſſe, multos Reges
habuiſſe, ac victricibus armis egregia f
etiam ante illud tempus, pluries edidi
dere non niſi inſipide ſequitur, Roman
res de illis non loquuntur, illorum geſt
ferunt, ergo in rerum natura non ex
nec inſigne aliquid fuit vnquam g
illis.

Quòd ſi inſtent Nortmannorum
alio ſub nomine à Romanis cognitam
manus damus, dummodo de antiquis
idem ſentire non erubeſcant. Quæn
Romanis notior quàm Sicambrorum
ignotum illud Remigij ad Clodoueum
depone colla Sicamber.

Sed vt nec etiam aliquem moueat q
ſim dicunt Hectorem vnicum dunta

habuiſſe Schamandrum, Dictys Cretenſis, qui Troiæ excidio interfuit, Hectorem plures filios habuiſſe teſtatur. Is enim lib. 3. de bello Troiano, Dum *Priamum mærore confectum, ac ſupplicem adeuntem Achillem, cadauer Hectoris ab illo redimiturum, atque Andromacham Priamum comitantem, refert. ait, Quo cum Andromacha non minor quàm in* Priamo *miſeratio, ea quippe deformata multiplici modo, Aſtianacta, quem nonnulli Schamandrum appellant, & Laodamanta paruulos admodum filios præ ſe habens,* Regi *adiumentum deprecandi addiderat. Hunc Laodamenta* Robertus Cænalis, *Perioche* 12. *lib. 1. Anthenorem nominare videtur. Autor verò Illuſtrationum* Galliæ Belgicæ, *lib. 3. dicit illum binonium, ac altero nomine* Francum *dictum fuiſſe, atque illum eſſe à quo* Franci *deſcenderint: licet Petrus Marenus, lib. 1.* Stirpis Caroli *Magni, dicat non à Laodamanta, ſed ab Heleno Hectoris fratre,* Francos *deſcendiſſe.*

Hunc eundem, quocunque nomine dictus

Digitized by Google

fuerit, Dictys lib.5. prope finem, dur
Duces captiuos inter ſe diuidũt, ac ſor
ſorti Neoptolemi additũ cum ſuo fratr
» ſic refert. Reliquorum ſors agi cœpta
» Neoptolemo Andromacha euenerat,
» ctis etiã eius filiis in honorem tanti D
exinde illos à Neoptolemo liberatos,
leno fuiſſe conceſſos ita teſtatur. N
» mus filios Hectoris Heleno concedit, p
» reliqui Duces auri, & argenti, quant
» gulis viſum eſt.

At illos ad paludem Meotidam
duxiſſe ſatis indicat qui etiam Troiar
interfuit Dares Phrygius, in fine ſuæ h
» de excidio Troiano, dum dicit. Helen
» Caſſandra ſorore, & Andromacha H
» fratris vxore, & Hecuba matre Cherr
» petiit. & ſtatim. Æneas nauibus pr
» eſt, in quibus Alexander in Græciam
» numero viginti duabus, quem omnis
» quuta eſt hominum in millibus tribus, &
» dringentis: Antenorem ſequuti ſunt a

lia quingenti: Helenum & Andromacham mille ducenti. Et licet Dares filios Hectoris nõ nominet, illos tamen, quos à Neoptolemo *rece-piſſe teſtatus eſt* Dictys, *ſecum duxiſſe, non eſt vtique ambigendum, cum illorum matrẽ Andromacham ſecum habuiſſe dixerit* Dares: *Et Tauricam* Cherroneſum *in faucibus paludis Meotidis, quibus Pontũ ingreditur, eſſe, nullus ignorat. Nec de alia poteſt intelligi Cherroneſo, cùm in eam, quæ in Græcia eſt, ob Græcos profugus, curſum direxiſſe, ibi tunc moraturus, minime ſit credendum, & ſi Virgilius Aeneid. lib. 3. dicat* Helenum *in Epiro regnaſſe.*

His aſſentiri videntur Herodotus, & *Dionyſius, Alicarnaſſei,* Herodotus, *dum apud ipſum, in Terpſicore, Pigres, & Maſtyes, viri Peones, interroganti Dario reſpondent. Peoniam autem eſſe ad flumen Strymonem ſitam, qui Strymon non procul abeſſet ab* Helleſponto. *Peones eſſe coloniam Teucrorũ, qui è Troia fuerunt. Et dum in Polymnia, iter Xerſis in*

» *Græciam referens ait, Pernauigata hac re-*
» *gione, ad præſtitutum locum peruenit, ſumptis*
» *etiam militibus à vicinis Pallenæ vrbibus, ac*
» *Thermeo ſinui conterminis, quibus hęc nomina*
» *ſunt, Lipaxus, Combrea, Liſſæ, Gigonus, Cam*
» *pſa, Smila, Ænea, quarum regio adhuc Creſſea*
» *nominatur.*

Dionyſius verò, dum, poſt Ilij incendium, conuentiones inter Æneam & Græcos retu-
» *liſſet, dicens, lib. 1. Antiq.* Roman. *Accepit*
» *conditionem Æneas, quippe qui nihil in præ-*
» *ſens videbat ſatius, ac mox Aſcanium filiorum*
» *natu maximum, cum parte ſociorum, quæ ferè*
» *conſtabat ex Phrygibus, in* Daſcyliticum *agrũ*
» *mittit ad lacum Aſcanium, in regnum accitum*
» *ab eius regionis incolis, manſurum ibi non lon-*
» *go tempore: nam cùm ad eum veniſſent Sca-*
» *mandridæ cum aliis è familia Hectoris, dimiſſi*
» *è* Græcia *per Neoptolemum, reducens eos in*
paternum Principatum ad Troiam rediit, & inferius, de Ænea & ſociis loquens. Primum aduecti ſunt in Pallenem Traciæ peninſulam,

habitatam

habitatam vt dixi à Cruſæis barbaris , tuto “
ibi excepti hoſpitio, in his hibernis veneri tem- “
plum extruxerunt in Vno è promontoriis, & “
oppidum Æneam condiderunt , in quo naui- “
gationis pertæſos reliquerunt, & ſi qui fuerunt “
manendi cupidi, habituros poſt hæc eum locum “
pro patria. rurſus inferius. Ex Ambracia na- “
uibus Anchiſes oram legendo Butrotum Epiri “
portum petiit: Æneas cum militum fortiſſimo “
quoque duorum dierum itinere Dodonam per “
uenit oraculi cauſa, vbi Troianos inuenit He- “
leni ſocios : acceptoque reſponſo de quærendis “
ſedibus, & inter cætera oblatis Deo *crateribus* “
æreis , quorum aliquot extant & hodie literis ”
antiquiſſimis teſtantes muneris autores Troia- “
nos, ad claſſem redeunt emenſo quatuor fermè “
dierum itinere. “

Ex quibus videri facilè poteſt, Dionyſium *innuere Hectorem plures filios reliquiſſe; Helenumque pro reſponſo de quærendis ſedibus* Dodonam *ſocios miſiſſe : & tam* Dionyſium *quàm Herodotum apertè teſtari Troianos in*

Tracia, & penes Iſtri ora condidiſſe Vrbes, ac reliquiſſe colonos: ſed de his plus ſatis. Et pergamus ad alia argumenta.

Cognomen ab aliqua Prouincia duntaxat profitentur, vel ij, qui illi Prouinciæ dominantur, vel ij, qui per excellẽtiam aliquam in illa Prouincia alij ſupereminent. Hinc Principes, ex familia Ducum *Auſtriæ dicuntur de Auſtria, ex familia Ducum* Saxoniæ, *dicuntur de Saxonia, Bauari de Bauaria, Sueui de Sueuia, & ſic alij Principes de alia Prouincia. Et inde Caroli Magni Maiores, qui erant ex Regia familia* Regum Orientalium *Francorum, In orientalique Francia Dominia habebant, cognomen profitebantur, ex Francia Orientali, vt dicunt Andreas monachus, & Paulus Æmilius, qui illum refert, & ſequitur, lib. 1. ſub Theodorico primo, his verbis, loquendo de ſtirpe Maiorũ Caroli Magni, Andreas*
» *monachus illud ſtemma his verbis digerit.*
» *Ausbertum, ex* Orientali *Francia, Senatorẽ,*
» *ex* Blitilde Clotarij. 2. *Regis filia procreaſſe*

Arnoldum, ex hoc Arnulphum Ducem *na-* "
tum, qui cum Angiſum Ducem *genuiſſet, Pō-* "
tifex Mediomatricum ſit factus. "

At Odo *profeſſus eſt cognomen, ex* Francia Orĕtali, *vt eſt ſupra oſtenſum ex Witichindo Saxone Hiſtorico, & Vrſpergenſe. ait enim Witichindus, loquens de Carolo Rege. Hunc* "
quidam, ex Orientalibus Francis, adiens, no- "
mine Oda, egitque conſilio ſuo, vt cum Danis "
bene pugnaretur. Et Vrſpergenſis. Quidam "
vir, nomine Otto, ex Orientalibus Francis, "
venit. "

Erant igitur Odo, & ſui Maiores ex familia Regum Francorum Orientalium, & eademmet, qua erat Carolus Magnus. vt in genealogia oſtendetur.

Idque confirmari etiam poteſt teſtimonio Mariani Scoti, qui ſcripſit ante annos quadringentos, is enim, licet eundem non nominet Francum Orientalem, dicit illum nihilominus abſolutè Francum. *In Cron. etate 6. ſub anno. 887. loquens de Nortmannis. Magna*

» *igitur parte Regni Francorum vaſtata ab eis,*
» *Carolus directo contra eos exercitu, arte cu-*
» *iuſdam* Franci,*ac ſolertia, nomine* Ottonis,*qui*
» *erat* Dux *belli, centum milia vna die ex eis*
» *proſtrauit, & cæteros fuga elapſos,* Francia *ex-*
» *cedere compulit.*

Idem eadem ratione probari poteſt, qua ip-ſemet Hugo Capetus cauſam ſuam ardenter defendebat Teſtibus Gaguino, lib. 5. ſub Hugone Capeto. & Symphoriano Campeggio, lib. 4. cap. 10. Gallicæ *Monarchiæ, aliter nihilominus declarando mentem Hugonis, quàm ſit hucuſque intellecta. Ait itaque Symphoria-*
» *nus. Ea propter Carolus Lotharij filius eius*
» *patruus, Lotharingiæ Dux, Regni ſceptro po-*
» *tiri tentauit. Verùm Hugo,* Magni *Hugonis*
» *filius, Pariſienſis* Comes,*ex Hauide primi*
» *Othonis Imperatoris Germanici ſorore nepos,*
» *Regnum* Fracorū *vſurpabat, affirmabátque ac*
» *iactabat ad id ſe à ſanctis Valerio, &* Richerio,
» *per quietem fuiſſe admonitum, propterea quod*
» *eorum corpora, dum ſepulchro ob metū Nort-*

mannorum, transferebantur, plurimo cultu « honoraſſet. Addebat ad miraculum legitimam « generis ſucceſſionem. Ab Odone *enim Ande- « gauo, quem Francica nobilitas, propter Caroli « Simplicis puſillam ætatem, regno ſuffecerat, « originem ducere gloriabatur, eumque patruum « appellabat.* «

Ex verbis Symphoriani, Gaguini, quæ eadem ferè ſunt, & aliorum quamplurimorum, Hugo Capetus allegabat legitimam generis ſucceſſionem. Legitima verò ſucceſſio eſſe minime potuiſſet, ni deſcendiſſet ex antiquorum Francorum *ſanguine regio. Succeſſionem igitur ab antiquis Francorum* Regibus *proponebat.*

Sed quia alleganti genus, incumbit onus probandi, Illudque probatur probatis auis, atque maioribus. Ideò Hugo ad probationem, Odonem patruum appellabat, ab eoque originem trahere gloriabatur. Non quia in iure electionis illius ſimpliciter ſe fundaſſet, ſed quia eo medio ſucceßionem ab antiquis Francorum Regib9 *ſe clarè, ac faciliter probare poße ſciebat.*

Ac ſi quis ita propoſuiſſet. Odo fuit frater germanus Roberti: *Huius filius fuit Hugo Magnus pater Capeti. Eiuſdem igitur generis Capetus eſt, ex quo Odo deſcendit. Et quia nemini dubium eſt, quin Odo deſcenderit ex antiquorum Francorum ſanguine Regio.* Rex *enim aliter receptus non fuiſſet. Nemini etiam dubium eſſe debet, quin ipſe Capetus ex eodem Francorum Regio ſanguine deſcenderit, cuius extitit* Odo. *Legitima igitur eſt* Capeti *ſucceſsio ad* Regnum.

Et hanc fuiſſe mentem, & allegationem Capeti, duplici ratione demonſtrari poteſt.

Prima. *Cùm Hugo non ab* Odone, *qui ſine prole deceſsit, ſed à* Roberto *Odonis fratre deſcenderit. Et* Odo, *ſi in ſuo genere primus per electionem ſimpliciter* Regnum *obtinuiſſet, in fratrem, fratriſque poſteros ius* Regni *tranſmittere minime potuerit: Ius enim Dominiorum, niſi in electione, conceſsionéve, dictum ſit, ad tranſuerſales non extenditur: Inutiliter Capetus ab* Odone *ſucceſsionem propoſuiſſet:*

cùm ex illa Ius Regni pretendere non potuiſſet.

Altera. Si Odo ex Francorum Regum ſanguine non deſcendiſſet, obſtante tum ſalica lege, tum antiquiſſimo Francorum inſtituto, Certè ad Coronam aditum nequaquã habuiſſet, fuiſſetque illegitima illius electio: & perperam propterea ab illo ſucceſſionem Capetus profeſſus fuiſſet. At Capetus notorium præſupponebat, habebâtque pro legitimè probato, Odonem ex antiquis Francorũ Regibus deſcendiſſe. Poſtquam Rex fuerat receptus, vt dictum eſt, & ſe eiuſdem generis eſſe, cuius Odo fuerat, duntaxat probare ſatis ſibi fore exiſtimabat, vt verè ſatis erat. Ideo ab Odone, qui legitimè Rex fuerat, legitimam ſucceſſionem pertinenter allegabat, cùm in illius ſequelã Frãcorum Regum ſucceſſio probaretur. Et hæc verè fuit mens Capeti. Aliter enim, & legitimã ſucceſſionem, & ab Odone propagationem, aut non allegaſſet, aut non ſatis commode propoſuiſſet. Sciebat enim, vel ſcire debebat, tum

lege Salica, tum veteri, & perpetua Francorū conſuetudine Regnum *Francorum non niſi Francis dari, aut conſueſſe, aut poſſe. At cùm in cauſa tam ardua, futilia, & impertinentia deducta, allegatáque fuiſſe non ſit vero ſimile, & Hugo pro ſe genus allegauerit, dubium eſſe non debet, quin antiquorum Francorum allegauerit genus, & quin Hugo, Odo, & horum Maiores, ex illo Francorum genere, cui Regnum affectum erat, originem traxerint: poſtquàm* Reges *recepti fuerunt. Et eſt tanti facienda hæc ratio, vt & ſi quibus auis* Capetus *& Odo ex* Caroli *Magni genere deſcenderint non apparet, eoſdem nihilominus ex eodem genere deſcendiſſe procul omni dubio cenſeri deberent, poſtquam in* Regnum *recepti fuerunt eo tempore, quo ex* Carolingis *multi in viuis agebant. Non enim eo ipſo, quòd non conſtat quibus maioribus ex aliqua familia quis deſcēderit, aſſerendum eſt illum non eſſe ex illa familia, ſi alias notas habet, quæ ſunt illius familiæ pæculiares & propriè. Meroueus enim a*

quo patre, auóve, ex antiquis Francorum *Regibus deſcenderit, nullus planè dicere poteſt, licet aliqui contra genuinam ſcriptorum ſententiam Clogionis filium illum dicant, & nihilominus quòd ex antiquis* Francorum *Regibus originem traxerit nullus vnquam in dubium reuocauit. Non aliter vtique receptus in Regem fuiſſet: prout nec Reges recepti fuiſſent* Odo, & Capetus *ſi* Franci *non fuiſſent, & ex antiquis* Francorum Regibus, & Caroli *genere non proceſſiſſent.*

Et vlterius vrgenti ſatis ratione ſic probari poteſt. Vti armis, inſigniiſque alicuius familiæ duntaxat illi ius eſt, qui natus eſt ex illa familia, probat hoc Bartolus in tractatu de inſigniis, & armis, rationem ſumit à Caio, *& ab Vlpiano,* Iuriſcōſultis: & *pluries legitur in hiſtoriis, hac de cauſa, nobiles ad arma veniſſe. At aurea lilia, in cæruleo cāpo depicta,* Fran*corum Regum ab* Clodoueo *Magno, cui fuerunt è cælo demiſſa, inſignia ſemper fuere, vt teſtes ſunt, Gaquinus, lib. 1. ſub* Clodoueo *1. Caſ-*

ſaneus in Catalogo glor. mundi, in par. 5. Paulus Emilius, lib. 1. ſub eo: Clodoueo. 1. & Hieronymus Gebuilerius: *qui in lib. cui titulus eſt, libertas Germaniæ. Dum Francorum Germanorum* R*egum ſeriem ponit, de Clodoueo, ait.*
» Hic *vt egregia forma erat, ita & magnani-*
» *mitate, & præclaris moribus, facile gratiam*
» *omnium ſibi comparans, Ethnicus adhuc, Cro*
» *tildim Burgundionis* R*egis filiam Chriſto ini-*
» *tiatam coniugem duxit, cuius perſuaſu à beato*
» R*hemigio,* R*emenſe Archiflamine ipſe quoq;*
» *luſtrali baptiſmatis vnda emaculatus, Olei*
» *vaſculum, quo Francorum Reges inũguntur,*
» *pannum item ſericeum, quem auriflãmam di-*
» *cunt, peculiarę contra hoſtes* Francorum *præ-*
» *ſidium, & tria lilia, diuinitus cælo ſibi dimiſſa*
videre meruit. Et teſtis eſt Francia. Et his liliis, eodemq; campo, vſus eſt Odo Roberti *filius, etiam ante Regnum adeptum. Vt inter multos teſtes ſunt* Claudius *Paradinus, In affinitatibus genealogiacis, dum tractat de* Co*mitibus Andegauenſibus. Tilius qui ſub anno*

892.ait. Prætereundum nõ eſt, Odonẽ in Galliam attuliſſe nobile illud ſignum, innumeris pictum liliis, quod ad Caroli.6. tempora durauit: « « « «
Matthæus Beroaldus *in indice ſui Cronici, ſub anno 1382. ſic de Carolo.6. loquens. Hic tres tantum flores liliorum inſtituit in Francis inſignibus depingi, quum iam inde ab Odone incertum liliorum numerum per inſignia ſua ſpargerent, & adhiberent* Reges. *Et Autor libri, cuius titulus eſt.* Les faicts memorables aduenus depuis Pharamond, *dicens ſub anno..892.* Ie ne veus icy oublier à eſcrire que Odo aporta en France ceſte noble bãniere toute couuerte de fleurs de lys, laquelle a duré iuſques au temps de Charles ſixieme.

Odo igitur, & Maiores eius, ex Francorũ Regum familia erant egreßi.

Quòd ſi obiiciatur Francorum *Regum inſigne,* Tria *duntaxat lilia extitiſſe. Odonis verò fuiſſe lilia multa, & propterea fuiſſe etiã diuerſa inſignia. Et ex hac ratione probari*

potius, Odonem ex Regia familia non fuiſſe. Cùm ex inſigniorum diuerſitate demonſtretur familiarum diuerſitas, & diſtinctio.

Reſponderi primo poteſt, quod licet Iebulerius, Tilius, & alij, dicant ante Odonem, inſigne Regum fuiſſe tria duntaxat lilia, & liliorum multitudinem fuiſſe ab Odone apportatam. Multi nihilominus ſunt, qui dicunt multitudinem liliorum fuiſſe inſigne Regum, etiam ante Odonem, & à Clodoueo Magno, ad Carolũ. 6. vſque, qui illa ad tria reduxit. Sed realius reſpondeamus.

Inſignia principalia Odonis Tria duntaxat lilia fuere. At quia in familiarum lata propagatione, vt quodque Stemma ab altero dignoſcatur, cuique licet principalibus inſigniis aliquid adiicere, vt autor eſt idem Bart. in dicto tract. & in Francia pluries id fieri viſum eſt, & indies etiam videtur.

Et tria ſola lilia, abſolutè, & ſimpliciter pro inſigniis habere ſolis Regibus cõpetat. Aliiſque qui ſunt de ſanguine Regio, vt ſe de regiis fa-

Digitized by Google

miliis eſſe demonſtrent, pro inſigniis tria ipſa lilia aſſumunt. Sed vt Maieſtatem Regiam recognoſcant, ſeque Reges non eſſe profiteātur, aut ſigna illa labantia, quæ à Gallis dicuntur lambeaux, *aut trāſuerſam alterius coloris faſciam inſigniis adiciunt, & tria ſola lilia ſoli Regi dimittunt.*

Odo, & Maiores *illius, qui tria* Regia *lilia, quia de familia ex* Regiis *erant, pro inſigne habebant. Vt ſe* Reges *non eſſe profiterentur, non ſigna labantia, non tranſuerſam faſciam, ſed liliorum quaſi ſertum, ſeu bordaturam liliis conſperſam, inſigni proprio addiderunt, quæ lilia, cùm in cæruleo campo, & aurea eſſent, confundebantur cùm tribus aliis, ac ſcutum aureis liliis totum ſparſum efficere videbantur. Cùm in veritate* Tria *principalia lilia ſanguinem* Regium *demonſtrarent, ſertum verò, ſeu* Bordatura *ſtemma* Regium *non eſſe profiteretur.*

Odo *igitur, & Maiores, ex regiis inſigniis, ex regali familia extitiſſe, ſatis clare indicātur.*

Quod verum eſſe, tum Odo *ipſe Andegauenſis, tum eius poſteri ſatis comprobarunt. Qui ad* Carolum. *6. vſque inſignia illa nunquam immutarunt. Aſſumpſiſſent enim* Re*galia inſignia, cùm perueniſſent ad* Re*gnum, ſi illa* Re*galia non extitiſſent. At quia Regalia erant, eadem retinuerunt. Vt verò ad eorũ ſtemma quod ab annis vltra ducẽtos quinquaginta, ab altero diuiſum erat, vnum nempè ab Anſegiſo, Alterum ab* Clodulpho, *Sancti Arnulphi filiis, originem ducebat*, Re*gnum fuiſſe deuolutum ſignificarent, cum tribus* Re*giis liliis, ſertum, ſeu bordaturam, quæ familiæ inſigne erat, etiam retinuerunt. Vt etiam nuper* Chri*ſtianiſſimus* Rex *Henricus, dum eſſet* Dux *Andegauenſis, & electus* Rex Poloni*æ, Andegauenſe inſigne non dimit, ſiſed illo addito, Polonorum antiqua* Re*gia inſignia illuſtrauit.*

At quia contrariorum contraria eſt virtus, & diſpoſitio. Cùm W*itichindus ante baptiſmi Lauacrum, equino pullo nigro, pro inſigne*

Digitized by Google

vteretur,poſt verò lauacrum, Caroli Magni beneficio,equinum pullum album habuerit, vt teſtis eſt Albertus Krãtius in ſua Saxonia,lib. 2.cap.24.qui de Witichindo ait. Armorum inſignia,quæ militaribus,vt fit,ſignis præferebat,pullum equinum habebat atrum, ſed placuit Regi, vt poſtquàm de tenebris gentilium errorum peruenit in lucem veritatis, vt candidum acciperet, ea verò ſunt vetuſtiſſima ſaxoniæ arma. Et Odo nõ pullum equinum aut nigrum, aut candidum, ſed aurea lilia, vt eſt dictum,pro inſigniis habuerit: certiſſimo argumento probatur,Odonem ex Witichindo, illiúſue poſteris minime extitiſſe.Sed ex Francorum Regio genere deſcendiſſe.

Probatur hoc idem ex omnibus his locis, quibus ſupra Odonis genus ex Saxonia deduci non poſſe:latius oſtendimus,quæ omnia, quia eadem ibi videri poſſunt hic repetere ſuperfluũ eſſe duximus. Non enim Odoni Caroli ſimplicis,Regníque,Tutela,& Gubernatio,competiiſſet, denique non Rex creatus fuiſſet, ſi

Francus, & ex Regio Francorum genere non extitiſſet. Illum vtique tum legis ſalicæ diſpoſitio, tum numquam interruptum Francorum inſtitutum, ab Regno procul eſſe iuſſiſſet.

Mitto quòd inter tot turbas, quæ ab electione Odonis ad Hugonem vſque Capetum, per centum fere annos, pro Regno fuerunt excitatæ, Nec Fulco Remẽſis Archiepiſcopus, nec Arnulphus Comes Flandriæ, nec alius quiuis, qui Carolingorum cauſam conſtantiſſimè propugnarunt, aut illos ſaxones eſſe, & non Francos, aut de antiquo genere Regio non fuiſſe, vnquam exprobarunt. Quod vtiq; facere non omiſiſſent, vt illos à ſtirpe Caroli Magni alienos eſſe, obijcere non omiſerunt, ſi iure illud exprobare eis poſſe cognouiſſent.

Probatur vlterius hæc opinio autoritate Ioannis Boccatij, diligentiſſimi antiquitatum indagatoris. Is enim ante annos ducentos, dum iuſſu Roberti Neapolis Regis, Claudi filij, Deorum, Heroumq;, genealogias diligenter inquiret, atq; de poſteris Hectoris ſcrutaretur,

ait.

Digitized by Google

ait. In ſuo lib.6.cap.24. de Genealogiis Deorum. Inſuper Vincentius, Gallicus hiſtoriographus, «
phus, velle videtur, Francorum Reges hodier- «
nos à filiis Hectoris antiquiſſimam originem «
habuiſſe, aiens à Francone quodam Hectoris «
filio, cum in extremã Germaniã aufugiſſet, Sy- «
cambriam ciuitatẽ conditã, & tractu temporis «
huius Frãconis ſucceſſores ripas obſeruãtes Da- «
nubij, in occiduum deſcendiſſe, ac Marcoman- «
no, Priami filio, & Samione ex poſteris An- «
tenoris, Ducibus, Gratiani Cæſaris Augusti «
tempore, tranſuadato Rheno eas in partes ve- «
niſſe, quas ſemper poſtea tenuere, ſibique ex eis «
ducibúſque Reges conſtituere, & in poſterita- «
tem longam, atque fulgidam deuenere. Quod «
etſi multum non credam, abſit vt omnino ne- «
gem. Cùm omnia ſint poſſibilia apud Deum. «

Quos Francorum Reges hodiernos, Boccatius dicit, fuere Carolus Pulcher, Philippus Valeſius, Ioannes, & Carolus.5.qui Boccatij etate vixere, & hi omnes ab Hugone Capeto deſcenderunt. Hugo itaque Capetus, illiuſque

Maiores ab antiquis Francorum Regibus,*qui à* Troianis *originem ducebant, deſcenderunt. Et licet in finalibus verbis videatur Boccatius dubitare. Eſt nihilominus aduertendum, quod Boccatius non dubitat, quin illi, quos hodiernos* Reges *nominat, deſcenderint ex antiquis* Fran*corum Regibus. Sed dubitat, an iſti, & illi, ex filiis Hectoris deſcenderint. Quod ex ipſius verbis, cuique diligenter intuenti, manifeſtè apparere poteſt. Boccatij igitur teſtimonio, Capetus, & Maiores, ab antiquis Francorum* Regibus *originem traxere.*

Et tandem Summus Pontifex Innocentius.3.*Cuius autoritate, vt dixi, à principio in hanc ſententiam veni, opinionem ipſam, claris verbis, apertiſſimè probat. Is enim in C.nouit, extra, de Judiciis.*Dum *de Philippo Auguſto, tertij Stemmatis Rege, loquitur, ait. Nec ſic*
» *illud humillimum omittamus, quod Theodo-*
» *ſius ſtatuit Imperator, & Carolus innouauit,*
» *de cuius genere Rex ipſe noſcitur deſcendiſſe.*

Innocentius Philippum Auguſtum, recto Stemmate ab Hugone Capeto deſcendentem,

Digitized by Google

ex Caroli Magni genere deſcendiſſe affirmat. Verè igitur erant Philippus Auguſtus, Capetus, cæteríque Philippi Maiores, ex Caroli Magni genere. Quòd verò de Carolo Magno loquatur ex eo intelligi facilè poteſt, quod Carolus Magnus Sanctionem, de qua loquitur Innocentius, promulgauit. Et ex eo, quod ex Capetorum Stemmate nullus ad illam vſque diem præceſſerat, qui Carolus fuerit nominatus, vt cuique, etiã minus verſatus in hiſtoriis, notiſsimum eſſe poteſt. Sanctio verò Caroli legi poteſt in Decr. xi. q. 1. incipiẽs Volumus, atq́; præcipimus. Et pontificem, vel de ignorantia hiſtoriarum arguere, vt impudentes aliqui faciunt, impudentia magna eſſet. Vel ita illum ſaluare, quod per fœminas, à Carolo, Carolíue genere, vt canoniſtæ aliqui, in d. c. dicunt, Philippus deſcenderit, ſumma eſſet debilitas.

Et eo maxime, quod a qua fœmina à Caroli genere Philippus deſcenderit, demõſtrari nõ facile poſsit. Niſi forsã ab his per fæminas proceſſiſſe dicatur, qui ab Caroli genere & ipſi per fœ-

Digitized by Google

minas prouenerũt, quæ deductio, cũ ſi altius repetatur, poſſit de quolibet, & ex qualibet familia dici, debilior eſt, quã de ea Pontificẽ loquutũ fuiſſe, intelligere debeamus. Non enim exiſtimandum eſt, ſapientiſſimum illum Pontificem, cuius plures decretales leges, in corpore iuris, editæ reperiuntur, quàm ferè aliæ omnes ſint ab aliis Pontificibus traditæ, tam longè quæſitum genus allegare voluiſſe; Nec verum id non eſſe, quod dicit, eſt cenſendum, cum ſcribat omnibus Galliarum Epiſcopis, & in cauſa Regum. Quò fit, vt tum perſonæ, quam gerebat, ratione, tum cauſæ grauitate, tum qualitate illorum, quibus ſcribebat, nil cenſendum ſit à tali Pontifice dictum eſſe, quod matura æſtimatione, mente prius non agitauerit, non tractauerit cum ſapientibus, ac verum non protulerit. Cùm igitur ſit iam clarè demonſtratũ, ex Witichindo non deſcendiſſe, ac non Saxonem ſed Francum, Francorumque ex Principibus fuiſſe: Sitque etiam oſtenſum Witichindi, & Vrſpergenſis teſtimonio Odonem ex

Francis Orientalibus extitiſſe, & Francorum Orientalium cognomen profeſſam fuiſſe familiam illam, à qua Sanctus Arnulphus, & Carolus Magnus deſcenderint, ſit ex Paulo Æmilio, & Andrea Monacho *ſatis aperte probatum, Pontifici Innocentio, cui, ſi ea tempeſtate, qua omnibus* Galliarum *Epiſcopis, & & in cauſa Regum ſcripſit, circa annum nempé, 1200. Et eodem ferè tempore, quo ſcripſit Vrſpergenſis, hiſtoriolam edidiſſet, crederetur, legem condenti, & aperte affirmanti Philippum Auguſtum ex* Caroli *Magni genere deſcendiſſe, fidem non adibere, Illius teſtimonio non acquieſcere, Vrſpergenſis ſolius teſtimoniũ, etſi contrarium ſenſiſſet,* Innocentij *teſtimonio, tot munito rationibus, præferre ipſiſſimam à recto aberrationem eſſe non dubito: & ideò* Hugonem Capetum*, & ſuos gentiles ex* Caroli *Magni genere, quod ex antiquis Francis Regibus deſcenderat, deſcendiſſe intrepidè cum ipſo Innocentio affirmo, atque definio. At contrariis ſatisfaciamus.*

Contrariorum Confutatio.

IN primis, vt his, quæ ex Abbate Vrſpergenſe primo loco dicebantur, ſatisfiat: Dici poſſet Vrſpergenſem ea ſcripſiſſe ab illa opinione deceptum, quæ forſam ſua tempeſtate vigebat: quæue aucta dictis ipſius, ad hanc vſque noſtram, & ſcribentes, & omnes ad ſui aſſenſionem allexit atque pertraxit: & propterea cùm ea opinio vulgari duntaxat credulitate, abſque certo teſtimonio coaluerit, & dicta Vrſpergenſis, & ipſam opinionem antiquari, reiicique debere: poſtquam contrarium eſt & antiquiorum dictis, & certis teſtimoniis manifeſtè demonſtratum. Poſſet vlterius dici, Vrſpergenſem non affirmaſſe ex ſua ſententia Odonẽ ex Witichindo proceſſiſſe, ſed id duntaxat ex erronea illa opinione retuliſſe: idque probari poſſe ex eo, quod Vrſpergẽſis nullũ, qui id aſſerat, allegat autorem; & ex eo, quod ipſe paulo inferius (vt eius verba ſupra retulimus) dicit eundem Odonem ex Francis Orientalibus: nec

eſt vero ſimile quod voluerit aſſerere Odonem eſſe Saxogermanum, quem paulo poſt eſſet Orientalem Francum affirmaturus. Ex eoque quod cum duas ponat opiniones, & ex vna reerat Odonem ex Saxonibus, ex altera verò ſex Francis Orientalibus, hanc, quam vltimo loco ponit, (vt legiſtæ dicunt) ex ſua ſententia affirmare videtur.

Et ex eo fortius quod dum ipſemet paulo poſt Witichindi poſteritatem recenſet (vt diximus) nec Robertum vllum filium, nec Odonem aliquem nepotem, Witichindo tribuit: Quos tribuere neceſſariò debuiſſet, ſi paulo ſuperius ex ſua opinione Odonem, & Robertũ, Witichindi nepotem, & filium aſſeruiſſet.

At tutius dicimus locum corruptum eſſe, & errore aut ſcriptoris, aut impreſſoris, aut alicuius præpoſtera curioſitate, pro verbo, maternum, repoſitum fuiſſe, paternum, & propterea ſic debere reſtitui. Hic patrem habuit ex equeſtri ordine Ruotpertum, auũ verò MATERNVM Witichindum ex Germania

profugum. Et reſtitui ſic debere tribus rationibus ſuadetur. Vna quod Witichindus hiſtoricus, qui ante Vrſpergenſem hæc ferè omnia dixit, nihil de Witichindo dicit, vt ſupra demõſtrauimus. Altera, quod ſi textus corruptus non eſſet, verbum, paternum, ſuperflueret, ac nullius eſſet momenti. Cum enim dixiſſet.
» Hic patrem habuit Ruotpertum, vt de auo pa-
» terno intelligeretur dicere ſatis fuiſſet. Auum
» verò Witichindum; & hoc tam ex vi verbi, & potiori illius ſignificatu, quàm etiam ex ea nominatione, quam ſupra fecerat de patre, quæ aui verbum debere de paterno intelligi ſatis demonſtrabat. At quia ipſe de materno auo intelligi volebat, addidit verbum, maternum, vt ex adiuncto ſuam mentem declararet. Tertia & efficaciori, quod cum relatiua ſint auus & nepos, & (vt dictum ſæpius eſt) nullum tribuat Vrſpergenſis Witichindo nepotem Odonem, dici non debet etiam quod Odoni tribuat auum Witichindum, ex patre intelligo, quia ipſe ex patre dicit, neceſſe eſt igitur quod textus

ſit corruptus, & poſitum ſit pro materno, paternum. Idque ſuadetur vlterius, quia Theoricus Childebrandi filius, quem huius Odonis paternum auum verè fuiſſe, infra oſtendam, à Carolo Magno eo tempore Saxoniæ præpoſitus fuit, quo contra Saxones, Saxonumque ducem Witichindum bellum geſſit, vt autor eſt Paulus Æmilius, lib. 2. hiſtoriarum, ſub Carolo Magno. Et à vero diſſimile non eſt, quod pro quiete Prouinciæ, Theodoricus Witichindi filiā in matrimoniū tūc duxerit, cum Witichindus Carolo Regi, & Chriſto tandē ſe reddiderit, vt in genealogia plenius explicabimus.

Quòd ſi quis me meis armis ferire conetur, dicatque. Non potuiſſe Theodoricum Witichindi filiam in matrimonium duxiſſe, cum ſcriptores nullam tribuant Witichindo filiam, & Irenicus, qui lib. 3. in genealogia Saxonum Brunſuigenſium, vnicam illi tribuit, illam Carolo Magno nuptam fuiſſe dicit. In promptu ſe mihi offert mea defenſio. Germani vtique ſcriptores non ſemper ſolent in genealogiis fi-

lias recenſere, vt ex omnibus videri poteſt: & ideo mirũ nõ eſt ſi Witichindi filia non nominetur, quod de maſculis dici minimè poteſt. Et propterea cùm non ſit eadẽ in vtroque caſu ratio, non poteſt etiã in vtroq; idem determinari. Et ſi quis vrgeat, ad quem finem voluerit Vrſpergenſis, tacito auo paterno, maternum auũ in genealogia Odonis nominare. Reſponderi poteſt, quod forſan ex penuria, incuriaque ſcriptorum illorum temporum, paternum ignorauerit: vel illo tacito, maternum ideò nominauerit, quia cum ipſe Germanus eſſet, voluerit Germaniæ gloriam ex Odonis ſplendore, qui à matre Germanus eſſet, ampliorem, ſplendidioremque reddere, atque demonſtrare. Quomodocúmque igitur Vrſpergenſis intelligatur, aut nõn impugnat noſtram opinionem, aut eandem propugnat.

Magis me moueret Onuphrius, ſi ipſe onus in alios non transferret. nominat enim omnes à quibus extrahit genealogiam, quam ponit. Et ideo cum ex propoſito non tractet, an Hu-

go Capetus ex Witichindo, & Saxonia venerit, ſed duntaxat genealogiam ipſius ex autoribus referat. Et inter nominatos ab ipſo nullus Witichindum nominet, præter Vrſpergenſem Onuphrij opinio, quæ ad Vrſpergenſem ſe refert, non nos magis vrgere poteſt quàm vrgeat opinio ipſiusmet Vrſpergenſis, cui eſt ſupra ſatisfactum, & aut non contra nos, aut pro nobis validiſſimè probat.

Quid dicam de autoritate Wolfgãgi Lazij non facile habeo, credo enim Voltfgãgum, tum ex nobili ſui libri argumento, De gẽtium nempè migrationibus, tum ex multis, quæ ſcripſit, tum ex honeſto loco, quem apud Ferdinandum *Imperatorem ſe habuiſſe ſcribit, virum apprimè doctum, diligentémque fuiſſe. At plura ex his, quæ leguntur in ſuo libro, quem habeo impreſſum Baſileæ, ſub anno.1557. Tam oſcitanter iacent, vt exiſtimem, aut librum vndique deprauatum eſſe. Aut Lazium duntaxat memorias collegiſſe, vt illas poſtea digereret, & ordinaret; Et id, aut morte præuentum non ef-*

feciſſe, aut ad expoliendos Auſtriacos commentarios addictum, facere neglexiſſe; & librum propterea indigeſtum, & inordinatum typis traditum fuiſſe. Et quod neglexerit ipſemet in libri proœmio ad Fuggerum dicere his verbis videtur. » *Quod ſentiens verum eſſe, æs meum, utcumque rude, ac inelaboratum, malui multis communicare, quàm quod vel elaboratiſſimum mihi ſoli ſplenderet. Qua ex voluntate & commentarij* Reipublicæ *Romanæ ſuperiori anno prærepti fuerunt; quos vel eorum nomine libentius exire Muſæum noſtrum paſſus ſum, vt haberent rerum Auſtricarum commentarij (qui ſoli à nobis præmuntur, vt excocti memoriam apud poſteritatem noſtri teſtari poſſint aliquando, & ad quos tanquã ad Scopum hæc omnia parantur, ac præmittũtur à nobis) vnde & amictũ illuſtriorẽ induant, & intellectum à quouis captu facilẽ nanciſcãtur.*

Et id ſuadetur etiam ex ſuis met dictis, lib. 1. de Cimmeriis, in catologo Francorum *Carolingorum, dum loquitur de* Carolo *Magno, &*

de Ducibus, quibus Carolus ipſe vſus eſt in expeditionibus, dicens. In quibus omnibus opera, ac conſilio vſus eſt præſtantiſſimorum virorum, Heroldi, Rumbholdi, in occidente, in oriẽte verò Theodorici, ac Gerholdi, Ducis Sueuorum filij, & coniugis ipſius fratris. Et cùm pauca alia de eodem Carolo dixiſſet, in eademmet pagina ſubdit. Porrò Carolus Magnus res ſuas omnes geſſit per Duces hoſce fermè, ſcientia rei militaris celebres, Gerholdum Hildebrãdi Sueuorum Ducis filium, ſororium ſuũ, cuius erat opera aduerſus Hunnos, & Auares in Pannonia vſus, Rulandum nepotem ſuum ex ſorore, præfectum limitis Hiſpanici, Theodoricum cognatum, Ducem aduerſus Slauos, & Boemos. Ex quibus apparet, quod in eodemmet loco, eademmet pagina, ad idemmet propoſitum, diuerſis verbis, eademmet bis dicit, vt manifeſte videatur, Ipſe ex diuerſis autoribus memorias duntaxat collegiſſe, vt exinde ordinaret illas ac diſponeret, & id aut temporis, aut voluntatis penuria non effeciſſe. Sed

vtcunque ſit, vt ea omittam, quæ de Nortmannis Siculis, ac de genealogia familiæ Vrſinorum in eo leguntur, in hac ipſa genealogia, De Hugone Capeto ſic legitur. Hugo cognomento Magnus, vulgo Schapplarius dictus, primo Pariſiorum comes, hinc Andegauenſis Princeps, ab Arnulpho Imperatore, poſtremo apud Forchayn, Arelatenſis Regni Gubernator inſtituitur, Regnum Francorum extincta Caroli Magni proſapia, in ſuam ſtirpem tranſtulit. Qui Berengario denique apud Veronam interfecto, Rudolpho Burgundo ex Italia pulſo, atque Burcardo Sueuo, qui Rudolphum iuuerat, Mediolani necato, à Lombardis, & Italis accerſitus, Italiæ Regnum ſuſcepit. Ponuntur hic pro vno, & eodem, Hugo Magnus, & Hugo Capetus, & latè erratur. Hugo enim Magnus fuit pater Hugonis Capeti, & Hugo Capetus nunquam Magnus appellatus fuit. Is nec Berengarium, nec Burcardum interfecit, nec expulit ex Italia Rudolphum, nec fuit ab Italis appellatus, nec vmquã intrauit

Italiam, nec potuit ab Arnulpho, qui longè ante mortuus erat, Arelatenſis Regni *Gubernator inſtitui. Ille verò, qui hæc geſſit, nō Hugo fuit aut Magnus, aut* Capetus*, ſed Hugo Arelatenſis, vt eſt nimis per ſe clarū, & vixit per multos annos ante* Hugonē Capetū; Hugo *enim ipſe Arelatēſis, & Berengarius Imperiū vſurparunt circa annū.890. & eodem ferè tēpore, quo* Odo Capeti *patruus magnus in* Frācia *regnare cæpit. Hugo verò Capetus regnare cæpit in Gallia, nō in Italia, ſub anno.988. Imperante* Ottone*.3. non autē Arnulpho, qui longe ante, nempè circa annum.902. naturæ conceſſerat, & inter quem &* Ottonem *3. quinque interfuerunt Imperatores, Ludouicus, Conradus,* Henricus*, &* Ottones*, primus, & ſecundus. Quæ an congruant cum his, quæ leguntur in libro Lazij, videat quiſquis legit.*

Sed propius Lazio aſſerenti Robertum *Witichindi filium fuiſſe, reſpondet alibi ipſemet Lazius hoc verum non eſſe. Ipſe enim lib.9. de Marcomanis, dum genealogiā Ducū*

de Engern, & Marchionum de Withyn, loquitur, & omnem poſteritatem Witichindi promit, nullum Robertum, ne dum illius filiũ, ſed nec in vniuerſa illius poſteritate recenſet. Dicit enim Witichindum ex duabus coniugibus, nempè Geua regina Daniæ, & Suaterna Boema, tres habuiſſe filios. Witichindum. 2. Wigbertum, & Walbertum. Witichindum verò ſecundum ex Hilada Comitiſſa de Rochlicz genuiſſe Fridericum Burgrauium de Zerbekh, & Titgreymonem Marchionem de Withyn. Et ne omnes nominem, ibi videri poteſt, quod Lazius, licet multam poſteritatem Witichindo tribuat, nihilominus, nec Witichindo primo, nec ſecundo, nec alicui ex eorum poſteris, vllum tribuit filium Robertum. Non poteſt igitur, etiam ex Lazio, Robertus habere patrem, vel auum, vel maiorem Witichindum, poſtquam nec Witichindus, aut primus, aut ſecundus, nec alter ex illorum poſteris, ex Lazio habent filium Robertum.

Mitto quod idem Lazius, lib. 3. de Cimmeriis,

meriis, Dum *Caroli Magni genealogiam recenſet, dicit Hugonem Capetum ex Carolo Magno recta linea deſcendiſſe. quod nunquã in aliquo alio ſcriptore legi. Et ſi verum eſſet nil fortius muniret noſtrum inſtitutum. Illius verba hæc ſunt. Cæterum Lotharius Ludouici.3.frater germanus, primus Lotharici Regni, ac Lotharingiæ conditor, in diſtincta ſibi à fratre portione, traditur repudiata legitima coniuge Tyetberga, Hugoberti Habſpurgenſis filia, Waldradam concubinam ſuperinduxiſſe, Guntheri Epiſcopi Colonienſis ſororem. Vnde Hugo ille proceſſit, qui Galliam inuaſerat contra Ludouicum, & Carolomannum Ludouici Balbi filios. Quam etiam, Caroli Magni ſtirpe deficiente, vſu captam retinuit, atque ad poſteros tranſmiſit; quem vulgus chronicorum Hugonem Schapplarium vocat. Vnde dicuntur hodierni Galliæ Reges originem ducere.*

Pluris facio Aimoini opinionem & optarem propterea vt verè Aimoini eſſet. At cùm Aimoinus non ſcribat, niſi vſque ad annum

decimum quartum Clodouei. 2. Dagoberti. 1. filij, qui annus fuit ſalutis. 659. vt videri poteſt ex lib. 4. cap. 41. ſuæ hiſtoriæ, & Witichindus, & Robertus vixerint alter ſub Carolo Magno, alter verò longè poſt, regnare enim cæpit Carolus Magnus anno. 779. Non potuit Aimoinus de illis ſcribere, qui diu ante calamum retraxerat, & per plura luſtra ante natiuitatem Roberti iam mortuus erat. Nec omittendum duxi quòd duo ſaltem ſunt; qui ſupplent Aimoinum. Vnus, qui ſcripſit anno 835. Et lib. 4. cap. vltimo, in fine, ipſemet dicit vidiſſe ea, quæ ſcripſit poſtquam Carolus Magnus Imperium eſt adeptus, quod factum eſt anno. 801. idemque lib. 5. cap. 17. refert, cùm apparuiſſet Cometes anno. 17. Imperij Ludouici Pij, qui fuit ſalutis. 831. fuiſſe ſe nocte quadã ab ipſo Ludouico quid portenderet dictus Cometes interrogatum. Alter verò ne dum de Hugone Capeto, qui regnauit ſub anno. 988. ſcribit, ſed ſcribit etiam ad annum vſque 1105. ad quos annos, niſi ducentos, tercentóſve annos

Digitized by Google

vixiſſet, primus auctor peruenire non potuit. Quo fit, cum ea, quæ ſcribuntur in Aimoino, lib.5.cap. 41. de creatione Odonis *in* Regem, *ſcripta ſint ſaltem poſt annum 890. quo* Odo *electus fuit, vt ſecundus auctor fuerit, qui illa ſcripſerit: primus enim qui vidit (ipſomet teſte) ea, quæ ſcripſit ab anno.801. vix ſcribere potuit quæ anno.890. geſta fuere. Quiſquis tamen ille fuerit, & quoquo tempore ſcripſerit, non contra nos, ſed pro nobis ſcripſiſſe manifeſtè videtur, & ſunt propterea perpendenda, quæ ab ipſo dicuntur. cùm enim in præcedentibus dixiſſet mortem Ludouici Regis Balbi filij, in princ. dicti cap.41. mortem* Regis Carolomanni *illius fratris, deinde mortem Hugonis Abbatis, qui Nortmannos* Regnum *vaſtantes repreſſerat: & ſucceſſiuè Ludouici nihili, filij* Carolomanni, *mortem refert, additque, quòd cùm remanſerit in cunis* Carolus *Simplex, nec habilis ad regimen, nec ad illos reprimendos, qui noui renunciabantur Nortmannorum motus,* Primores *Franciæ pro* Regni *regimine,*

tuitionéque conſilium inierunt: & ſubdit ſta-
» *tim. Supererant autem duo filij Roberti Co-*
» *mitis Andegauorum, qui fuit Saxonici generis*
» *vir, ſenior ex his Odo dicebatur, Robertus alter*
» *patrem nomine referens, ex his maiorem natu*
» *Odonem Franci, Burgundiones, Aquitanien-*
» *ſéſque proceres congregati in vnum, licet relu-*
» *ctantem, Tutorem Caroli pueri, Regníque ele-*
» *gere gubernatorem. Quem vnxit Galterus*
» *Archiepiſcopus Senonenſis. Si autor voluiſ-*
ſet duntaxat electionem, electioníſque cauſas,
& non cauſam etiam electionis Odonis refer-
re, in caſſum proſequutus fuiſſet per coniun-
ctionem, autem: & incaſſum dixiſſet ſuperſti-
tes fuiſſe duos filios Roberti, maiorémque natu
dici Odonem, fuiſſet vtique ſatis dicere, pro ſa-
lute Regni Proceres elegiſſe Odonem filium
Roberti virum ſtrenuum: At quia ipſe ne-
dum electionem & cauſas illius, ſed etiam ele-
ctionis Odonis cauſam & rationem referre
volebat, poſtquàm retuliſſet duorum Regum
obitum, & vnius ex regio ſanguine inhabili-

Digitized by Google

tatem, & propterea Procerum conſilium, ne quid damni Regnum *pateretur: & ſic cauſas electionis expoſuiſſet, per coniunctionem, autem, connectit ſequentia præcedentibus. & explicat cauſam quare deueniretur ad electionem* Odonis, *quia nempè* Odo *erat filius* Roberti *& primogenitus. Et dicit ideò, quod cùm* Regnum *defenſore indigeret, & mortui eſſent duo* Reges, *ac ſuperſtes* Regis *filius inhabilis eſſet, quia ex ſanguine regio ſuperſtites etiam erant duo filij* Roberti Saxonici *ad regimen habiles,* Proceres *ne* Regnum *damnum ſentiret,* Odonem, *qui primogenitus erat, elegerunt, rationē igitur cur ad electionem deueniretur, dicit* Regni *neceſſitatem, & inhabilitatem* Simplicis. *Cur eligeretur* Odo, *quia erat* Roberti *filius, & primogenitus. Cur verò filius* Roberti *eligeretur, quia* Robertus *erat* Saxonici *generis.* Sciens *eos de genere regio tunc paſſim cenſeri, qui* Saxonici *dicebantur, ab eo tempore, quo* Theodoricus Roberti *pater præfecturam* Saxoniæ *aſſecutus, ab ipſa* Præfectura, *egregiiſq;*

facinoribus in illa editis, Saxonici cognomen ſortitus erat: Vt Scipio Aſiatici: Metelli Cretici, Numidici, Balearici: *Paulus Macedonici: Druſus Germanici: Pomponius Attici: non quia ex Prouinciis illis originem duxerint, ſed quia Scipio Anthiocum & Aſiam: Metelli Cretam, Iugurtam, Numidiam, & Baleares: Paulus Perſen & Macedoniam: Druſus* Germaniam, *vicerunt: Pomponius quia diu Athenis illuſtrem vitam duxit:* co*gnomina ſunt conſequuti. Autor igitur dicit pro nobis. Eſt nihilominus aduertendum, quòd dicit Carolum Simplicem filium* Ludouici *nihili, & cum multis aliis errat, cum Simplex filius fuerit* Ludouici *Balbi, vt plus clarum eſt, quàm dubitari poſſit.*

Blondus non contra nos, ſed pro nobis potius teſtimonium dicit, W*itichindum enim nō nominat, & dicit* Robertum *Saxoniæ Ducem. Et cum nullus* W*itichindi filius nominatus fuerit Robertus, vt ſupra ſatis oſtendimus, non poteſt dici quòd Blondus illum* W*iti-*

chindi filium exiſtimauerit ex eo, quòd eundem Saxoniæ Ducem appellet. Illum enim Saxoniæ Ducem dicit altera de duabus rationibus, aut nempè ex Ducatu ſui patris Theodorici, qui (vt dictum eſt) Saxoniæ præfuit, aut quia ipſemet poſt patrem, per aliquod tempus Prouinciæ illius Præfecturam retinuerit; Quòd non inſipidè dici poſſet, attento quòd Saxonibus ſub Carolo Caluo, contra Nortmannos, præfuiſſe legitur, vt ex Paulo Æmilio ſupra diximus, adeptúſque propterea fuerit ab eadem Prouincia Ducis nomen, cùm tempeſtate illa Prouinciarum præfectos Duces dictos fuiſſe ſatis ſit ſupra oſtenſum. At ex alterutra, quòd cognomen illud Robertus conſequutus fuerit, illuſtre Blondi teſtimonium probat Robertum Theodorici, non autem Witichindi filium fuiſſe; & propterea pugnat etiam pro nobis.

Paulo Æmilio eiſdem poſſet rationibus ſatisfieri, quibus eſt ſupra aliis ſatisfactum. Nẽpè quòd hoc particulare ex propoſito non tractauerit, quód ve ſequutus fuerit communem erro-

neam opinionem, & dicta priorum; qui omnes, cùm pendeant ex relatione vnius Vrſpergenſis, non poſſunt plus autoritatis in hoc habere, quàm ipſe Vrſpergenſis habeat, cui aut eſt iam ſatisfactum, aut ipſemet contrarium dicit. Verùm dicere poſſumus, & forſan verius, Paulum Æmiliū non ideò dicere Robertum à Saxonum Proceribus oriundum, quia ortus fuerit aut à Witichindo, aut ab alio Saxonū Principe, ſed quia filius fuerit Theodorici, qui (vt eſt dictum, & dicetur) à Præfectura Saxonica Saxonici cognomen reportauerat, & id ipſemet Paulus Æmilius alibi ſatis declarare videtur, is enim dum refert conflictum pro Regno inter Carolum Simplicem, & Robertum Iuniorem, paulò ante vnctum in Regem, de
» ipſo Roberto loquens ait, Alterum commen-
» dabat recens ſacrum, ſua virtus, Odonis fratris
» memoria, Aui mors pro Francorum rebus obita. Verba enim, Aui mors, intelligi minimè poſſunt de Roberto ſeniore à Nortmannis occiſo, quia is erat illius Roberti, de quo loquitur

Paulus Æmilius, pater, & non auus. Nec poſſunt de Witichindo intelligi, quiſquis ille fuerit, cùm is, qui contra Carolum bella traxit, non obiit in Francia *pro rebus Francorum, ſed deceſſit in Germania dum pro rebus propriis cùm* Geroldo *Sueuo bellum haberet, vt Alberti Krantij teſtimonio ſtatim dicetur: Et alter Witichindus, qui tempeſtate illa aut vixerit, aut mortuus fuerit in Francia, ex antiquis autoribus non habeatur: & ſequatur propterea, vt de Theodorico intelligi debeant. Is enim Andibus pro Francorum rebus, dum Andes tutari conatur, à Nortmannis occiſus fuit, vt habent Andegauenſium Annales, ſub illius* Comitatu, *& in* Genealogia *dicetur. Appoſitè igitur dixit Æmilius, Aui morte, pro* Frã*corum rebus obita, Robertum commendatum fuiſſe, cùm Theodoricus, qui in Andium tuitione occiſus fuerat, verè fuerit ipſius Roberti Iunioris auus. Nec dici poteſt textum eſſe corruptum, quia exemplaria quotquot propterea curioſè inſpexerim, omnia, Aui mors, habent.*

Minori cum difficultate poteſt Maſſeo, & filio ſatisfieri, qui Capetum non dicunt Saxonem, ſed Maſſeus dicit alienum à ſtirpe Caroli Magni, & verum dicit: Stirps enim, familia, & Stemma eamdem rationem habent, & ex his plures ſub vno genere comprahenduntur: Capetus vtique non deſcendit ex Carolo Magno, & propterea dici non poteſt de ſtirpe aut ſtemmate illius; ſed benè deſcendit ex ſancto Arnulpho, à quo etiam deſcendit Carolus, & eſt ideò Capetus de eodem genere, & ſanguine, de quo eſt Carolus Magnus, quòd non negat ipſe Maſſeus.

Tilius verò dicit illum Gallum, & non excludit propterea eundem à Caroli Magni genere, cùm & Carolus Magnus, *quia ex maioribus, qui in Belgis orti, & in Belgis principatus poſſederant, erat natus, Gallus meritò dici poterat: licet ex antiquis* Francis *oriūdus, & Capetus, quia & ipſe in Gallia erat ortus, Gallus propterea poterat dici: immo eo fortius, quo per annos vltra ducentos poſt in Gallia, licet*

ex eiſdem maioribus Francis, natus erat.

Nec omittendum cenſui, non ſatis congruere, quæ à ſcriptoribus dicuntur, vt origo ex Saxonia Roberto aſtruatur. Onuphrius enim dicit Witichindum extorrem domo ſua, ſub Ludouico Pio in Galliam veniſſe. At quo pacto hoc ſtare poſſit, non ſatis video. Ludouicus enim Pius Imperator, & Rex vnicus heres Caroli Magni, Galliam, Saxoniam, & vniuerſam Germaniam ſub ſuo imperio habuit, quo fit vt ſi Witichindus fuerit Ludouici autoritate extorris, tunc nec in Saxonia, nec in Gallia morari potuerit. Si verò non fuerit extorris Ludouici autoritate, potuerit tunc & in Saxonia, & in Gallia morari, quinimmo non potuerit extorris fieri, cùm alterius autoritate, ſub Imperio Ludouici, extorris fieri non poſſet. Et ideò non video quo pacto extorris Saxonia in Galliam venire poſſet, vt dicit Onuphrius. Nec congruit ſi dicatur, quòd perdomitis Saxonibus à Carolo Magno Ludouici patre, Witichindus, ſi de illo Witichindo intelli-

git, ne Francis ſubiiceretur, Saxoniam dereliquerit, ſed quòd poſtea, Carolo mortuo, demiſſa contumacia, in Franciam venerit, & à Ludouico in gratiam receptus fuerit. Quia licet Witichindus, ſub anno. 777. cùm Carolus Magnus Saxones deuicerit, teſte Sigiberto, aufugerit ad Nortmannos, poſtea nihilominus ſub anno. 793. ad cor reuerſus, ad Chriſti fidē, & nō ad Ludouici, ſed ad ipſiúſmet Caroli gratiam rediit, baptiſmum recepit, & cum ipſa Saxonia quieuit, vt inter multos teſtatur Urſpergenſis, dum Saxonum quærit originem.
» *Tractúmque per tot annos bellum, ea conditio-*
» *ne conſtat eſſe finitum, vt abiecto demonum*
» *cultu, Chriſtianæ religionis ſacramenta ſuſci-*
» *perent, quod & factum eſt, Witichint quoque*
» *qui inter eos & claritate generis, & opum*
» *amplitudine eminebat: & qui perfidiæ eorum*
» *auctor, & incenſor indefeſſus erat, ad fidem*
» *Caroli ſponte veniens, apud Tiniacum bapti-*
» *zatus, & à Rege de fonte ſuſceptus eſt. Sicque*
» *Saxonia tota ſuperata, & ſubiecta eſt.*

Digitized by Google

At quòd nunquam Witichindus in Galliam venerit, teſtatur Albertus Krantius, in ſua Saxonia, lib. 2. cap. 23. & 24. cuius verba paulo inferius recitabo. Adeò quod in ſententiam trahor, vt ſub Ludouico Pio Witichindus extorris eſſe non potuerit, quiſquis fuerit ille Witichindus, & quicquid dicat Onuphrius. Ludouicus enim Pius ne dum Saxones extorres non fecit, ſed eoſdem à patre Carolo extorres factos, ac per Franciam diſperſos, ac relegatos, initio ferè Regni ſui in Saxoniam redire legibus coegit, de quo teſtatur qui ſupplet Aimoinum, lib. 5. cap. 10. & ſic Paulus Æmilius, lib. 3. ſub ipſo Ludouico. Saxonibus, quos traduxerat in Galliam pater, redeundi domum ius dedit, quodque veterem patriam magis appeterent, nec caritate nouarum ſedium tenerentur, vt ſimul Prouinciæ Francorum, quæ per belli mala ſolitudine vaſtæ, frequentarentur, illis in patriam redeuntibus teſtamenti factionem reſtituit, quam, vt oſtendimus, Magnus ademerat, & in Francia remanentibus nullum ſu-

premæ voluntatis teſtandæ ius reliquit.

Volfgangus Lazius (ſi liber deprauatus non eſt) dicit Witichindum *in Galliam mercede conductum à* Carolo *Caluo veniſſe, aduerſus Nortmannos Armoricam, ſiue Neuſtriam infeſtantes.* Carolus *verò Caluus regnare cępit anno.841.vt dicunt ſub dicto anno Sigibertus, Vrſpergenſis, & Tilius. Nortmãni autem per Sequanam Neuſtriam infeſtare non cæpere ante annum.846.vt dicunt ſub dicto anno, Sigibertus, &* Tilius. *Et Armoricam non inuaſerũt, niſi ſub anno.853.per Ligerim, vt videri poteſt ſub dicto anno, ex dictis Sigiberto,* & Tilio, *& Paulo Æmilio, lib.3. ſub* Carolo Caluo, *qui loquens de Nortmannis, ait. Caluo Rege, feſſa malis ciuilibus* Francia, *interiora petere auſi, ægrè ſuſtineri poterãt, Lutetiã vſque à mari progreſſi, ingentem prædam auertere,* Regreſſi *domum, prædáque expoſita, multo plures ſpe* Francicarum *diuitiarum adducti, anno eius ſeculi quinquageſimo tertio, maiore claſſe longius quã priores euecti,*

Digitized by Google

Ligeris oſtia cùm ſubiuiſſent, noſtris religioni deditis ſabbato ſancto Nannetes inuadunt, Epiſcopúmque ciuitatis rem diuinam facientem occidunt, frequentem ad ſacra populum trucidant. Et ex Reginone *ſub dicto anno, ſic dicente, Tunc primum Nortmannorum Claſſis (vt aiunt) Ligeris attigit litora. Nec potuit propterea Witichindus ante conduci à Carolo Caluo contra Nortmannos pro defenſione Armoricæ, ſiue Neuſtriæ, quàm Caluus regnaret, & Nortmanni Neuſtriam, ſiue Armoricam infeſtarent. At Witichindus (ſi hic ille Witichindus eſt) rebellis* Carolo *Magno ſub anno. 777. ad Nortmannos transfugit, & per multos annos ante* Dux *belli Saxonibus præfuit; & debebat propterea militaris Ducis ætatem habere. Quo fit, vt ſupputato tempore, centenarius tunc ad minus eſſe deberet; cùm* Dux *auxiliariorum, pro* Caluo *contra Nortmannos, hoſpites quondam ſuos, pugnaret, quod an veriſimile ſit, ſit cuiuſque iudicium.*

Digitized by Google

Quodſi dicat alium fuiſſe ab iſto Witichindum, vt ipſe dum de Ducibus de Egern loquitur, vt ſupra diximus, dicere videtur. Primò reſponderi poteſt, quòd ipſe non dat Witichindo de Engern aliquem filium Robertum, & ideò hic ille eſſe non poteſt. Et vlterius, quòd libenter ab eo, autorem diſcerem, qui ante centum annos ſcripſerit, & de alio Witichindo, Saxonum Principe, & Caluo auxilia adducente in Galliam, verba fecerit. Ego enim multos vidi, & præter duos Witichindos, vnum de quo loquimur, alterum, qui per multos annos poſt vixit, & fuit non huius Witichindi, ſed Theodorici Saxonis filius, & Mathildæ vxoris Henrici. I. Imperatoris frater, à ſcriptoribus, qui ſupra patrum noſtrorum memoriam ſcripſerint, nominatos non reperi inter Saxonum Principes, vt ſuperius dixi. Et ſi David Chytræus ne dum alterum, ſed tertiũ ſucceſſiuè Witichindum proauum, auum, & patrem Roberti proferat. Is enim cùm bis ternæ ſuus liber, de lectione hiſtoriarum recte inſtituenda,

ſtituenda, cum Cronologia, poſt primam editionem, ſemel ſub anno, 1563. atque iterum ſub anno, 1565. Argentorati, apud Chriſtianum Mylium editus eſſet, & in eo aut nulla Hugonis Capeti genealogia legeretur, aut vnicus dũtaxat nominaretur Witichindus, in quarta editione, qua liber vndique auctus, 1573. Roſtochij apparuit, tres ſucceſſiuè Witichindos, quorum alter Roberti pater, alter auus, alter verò, qui contra Carolum bella geſſit, proauus fuerit, nominauit. Et bis eſt, (aut erro) in hoc erratum, primò dum illi abſque autore proferuntur Witichindi, de quibus apud autores antiquos nulla eſt recordatio. Secundo dum tot inculcantur Witichindi, vt neceſſario ſequatur, aut quòd aliqui ex dictis Witichindis, & Robertus nati fuerint ante patres, aut quòd vix nati liberis operam dederint, certum eſt enim Robertum occiſum fuiſſe Ducem contra Nortmannos, ſub anno. 866. Et Witichindus, qui Carolum bellis exagitauerit, vixiſſe etiam, Alberti Krantij teſtimonio, ſub Lu-

K

douico Pio, qui poſt annum 814. imperare cæpit, ut propterea neceſſe ſit, intra annos plus minus quinquaginta, duos Witichindos, Robertumque ſtrenuos duces natos fuiſſe, multa ſtrenuè geſſiſſe, ac pluribus relictis filiis obiiſſe. quæ & ſi poſſibilia utcumque ſint, veriſimilia tamē minime videntur. Sed redeundo ad inſtitutum, dictis addi poteſt, quod bis duntaxat legitur, Carolum Caluum uſum fuiſſe auxiliis Saxonum, ſemel contra Britones ſub anno. 855. ut teſtatur Otto Friſingenſis, lib. 6. cap. 2. cuius verba ſtatim recitabimus. Vel ſub anno 860. ut dicit ſub dicto anno Regino. Et iterum contra Nortmannos ſub anno. 866. ut refert Paulus Æmilius, lib. 3, ſub Carolo Caluo, cuius verba ſuperius retulimus. Et neque in prima expeditione, in qua aderat ipſemet Carolus Caluus, neque in ſecunda, in qua Robertus occiſus fuit, verbum nec quidem ullum fit de aliquo Witichindo, ut in ipſis autoribus facilè videri poteſt. Et veriſimile non eſt, ſi dux belli fuiſſet, aut interfuiſſet, quod ille latuiſſet Witi-

Digitized by Google

chindus, cuius nepos paulo poſt Rex *Franciæ pronunciatus fuiſſet.*

Paulus Æmilius non dicit Witichindum, ſed Robertum, quem Witichindi filium dicunt, auxiliarium Saxonum contra Nortmannos Ducem fuiſſe. At in ea expeditione à Nortmannis (vt dictum eſt) Robertus occiſus fuit. Et in priori expeditione, in qua, per ſex annos ante, Saxones, pro Carolo Caluo, contra Britones pugnarunt, Saxones *ipſi, vix hoſte viſo, terga verterũt, vt* Regino, *qui non longe ab illis temporibus ſcripſit, ſub anno 860. teſtatur his verbis. Ad compeſcendam verò huius præſumptionis inſolentiam,* Carolus *(de* Caluo *loquitur) cùm magno exercitu Britanniam intrauit, pugna committitur:* Saxones, *qui conducti fuerunt ad excipiendos velocium equorum anfructuoſos recurſus, in prima fronte ponuntur. Sed primò impetu, ſpiculis Britonum territi in acie ſe recondunt. Et* Otto *Friſingenſis, lib. 6. cap.2.* His *diebus in* Regno Caroli *Principibus ſuis mutuis inter ſe vulneribus cadentibus,*

» *Britones tanquam deſtitutam terram irrum-*
» *pũt, ac tranſmiſſo Ligeri, Pictauos vſque ferro*
» *flammáque cuncta vaſtantes progrediuntur:*
» *& ſic* Francorum *ſpolijs ditati, ad propria re-*
» *uertuntur.* Itaque Carolus *cõductis pretio* Sa-
» *xonibus, Britones bello petit. Nec mora, com-*
» *miſſo prælio, Saxones in prima acie poſiti, ter-*
» *riti ſpiculis hoſtium, terga vertunt: Franciſq́;*
» *ob antiquæ fortitudinis genuinam virtutem*
» *viriliter dimicãtibus, multis ex vtraque parte*
» *cæſis, ac vulneratis, noctis præſidio bellũ diri-*
» *mitur. Et Paulo inferius. At* Carolus *Rober-*
» *to viro forti, ob hanc moleſtiam, inter Ligerim*
» *& Sequanam* Ducatum *ad domandos Brito-*
» *nes dedit.*

Quanam igitur veriſimilitudine dicendum eſt, R*obertum, ſi Saxo fuiſſet, ob ſuorũ Saxonũ fortitudinem, tunc Ducatum inter Ligerim & Sequanam conſequutum fuiſſe? Dux enim poſt illum conflictum, quo Saxones vix viſo hoſte fugerunt, à Carolo Caluo cõſtitutus fuit. vt ex ſupra relato Friſingẽſis teſtimonio clarè*

Digitized by Google

patet. Et poteſt-ne in mentem alicuius cadere, quòd extraneus quiuis, Dux *auxiliariorum mercede conductorum, qui ignaue pugnauerint, ſpatio ſex annorum quibus in Frãcia moratus fuiſſet, in tantam amplitudinem euadere potuerit, vt Princeps Francus, vir magnæ potentiæ, vnus ex* Regni *primoribus, & inter primos ipſe prior dici, vt dictum fuiſſe* Robertũ *ſuperius demoſtrauimus, Filioque ſuo Paulo poſt Regnum dari, promeruiſſet? Oſtenſum eſt enim primam pugnam ſub anno. 860. ſequutam fuiſſe, & ſub anno, 866.* Robertum *fuiſſe occiſum, &* Odonem *ſub anno, 888. ſecundum* Reginonem, *aut. 890. ſecundum* Sigibertum, *aut. 891. ſecũdum Tilium, Regem electum fuiſſe. Non itaque* Robertus *fuit Saxo, ſed Francus, cum Francis ſtrenuè ſe geſſit, &* Francus *ob ſuam fortitudinem contra Britones, cæteróſque inimicos* Regni Francici *arcem, atque munimen fuit conſtitutus.*

At vt apertius, certiuſque oſtendatur verum id eſſe non poſſe, quod Onuphrius, *&*

LaZius aſſeruerunt, idque etiam veriſimile non eſſe, quod Æmilius, & alij dixere, omittere non debemus Alberti Krantij teſtimonium, quod multi ponderis in hoc eſtimandum fore non dubito: tum ob eius diligentiam, tum quia Saxonum hiſtoriam ex propoſito tractat. Js enim lib. 2. cap. 24. ſuæ Saxoniæ, ait Wedekin-
» *dus autem pacatus in ſua ſedet Prouincia,*
» *Weſtfhaliam ſolam gubernans, nā vltra Vi-*
» *ſurgum Prouincia & anguſtiis Wandalo-*
» *rum præmebatur, & quod tenuere ditionis*
» *Pontificcs gubernabant, & Paulo inferius.*
» *Wedekindus autem cùm Rex illum baptiZa-*
» *tum in ſua, vt diximus, Prouincia gubernare*
» *permitteret, ædificato in Anglaria, nunc An-*
» *griam dicunt, inſigni templo, inſtituto collegio*
» *ſine fine Deo ſeruientium, quod nunc in Her-*
» *uordiam ferunt eſſe tranſlatum, ibique Domi-*
» *nabus imperitantibus ſeruit, plurimum ipſe in*
» *Chriſto deuotus religione profecit. Sed erat illi*
» *cum Geroldo Sueuorum Duce, ex magnis*
» *cauſis, atrox bellum, quod varia diu fortuna*

Digitized by Google

*protrahebatur, mirum quomodo tam longin- »
quum ex Sueuia in Saxoniam? ſed erant Sa- »
xonibus prædia, quod oſtendimus in Hercinia, »
& Sueuis in Turingia. Vnde facilè potuit cō- »
flari de terminis bellū, ſed eo conſumptus periit »
Wedekindus; Chriſtiano ritu ſepultus in Ec- »
cleſia eius, quod fundauerat Collegij. & cap. 25. »
eiuſdē libri. Wigbertus Wedekindi filius erat, »
ab adoleſcentia Chriſto deuotus, inter Saxones »
vir primarius, ſed an principatum in gentem »
egerit, mirum eſt ſilentium, quòd Saxones ea »
tempeſtate, regnante poſt patrem Pio Ludoui- »
co Imperatore, ſub Chriſti religione manſuefa- »
cti, quieſcerent, & omnis Prouincia Epiſcopis »
diſpartita religioni ſeruiret. »*

Si igitur Witichindum, iam Chriſto redditum, in Angria principari Carolus permiſit: & is bello contra Geroldum Ducem Sueuorum hominem exuit; illiúſque corpus in Eccleſia ab eo conſtructa tumulo mandatum fuit: eiuſque filius Wigbertus vir primarius ſub Ludouico Pio in Saxonia vixit: Alterue

Witichindus in antiquis ſcriptoribus, per illa tempora non legatur; Certè nec aliquis, Witichindus ſub Ludouico Pio extorris patria fuit: nec ſub Carolo Caluo auxilia Saxonum, cùm iam ſub Ludouico Caroli patre ille mortuus eſſet, adducere in Galliam potuit: & minus illã Familiam in Galliam propagare, quæ tempeſtate ferè illa eſt Franciæ Regnum adepta.

Stemmatis delineatio.

ET ſi Hunibaldus, referente Tritemio in compendio ſuorum annalium, lib.1. Hieronymus Gebuilerus in epitome ortus Archiducum Auſtriæ, ac Comitum Absburgenſium. Volfgangus Lazius de gentium migrationibus, lib. 3. de Cimmeriis. Anſelmus Heluetius in Catalogo annorum & Principum. Autor libri, cui titulus eſt, Cronica Cronicarum, lingua Gallica. Buccettus in Genealogijs Regum Francorum. Autor Illuſtrationum Galliæ, ac Franciæ orientalis, & Occidenta-

Digitized by Google

*lis,eadem lingua.*Robertus Cenalis,*lib.1. perioche.12.de Re Gallica.Petrus Marenus in compendio ſtirpis Caroli Magni,lingua* Itali-*ca.Stephanus Cyprius, ex regia Luſinianorū familia,Dominicanus,in* 1.*Corona eius libri, cui,Raccolta di cinque diſcorſi, titulū eſſe voluit, eadem lingua.* Gotfridus *Viterbienſis* Cron.*parte 17.& Alij quamplurimi* Caro-*lum* Magnum *ab Sancto Arnulpho Sacri Imperij Marchione Antuerpienſe,& relicto deinde ſeculo Metenſi Epiſcopo, Sanctum Arnulphum &* Clodoueum *primum Francorum, qui* Chriſtum *Deum agnouerit, ab duobus fratribus* Clodomere *&* Genebaldo Dagoberti *filiis,qui penes oſtia Rheni,ſub anno* 306.*poſt Chriſtum natum, Rex Frācorum fuerit: & ſi aliqui Sanctum Arnulphum à Faramundo dicant: Dagobertum rurſus à* Frāco *filio* Antarij *à quo ſub anno ſalutis.37. Sicambri Franci dicti fuere: & Francum ab alio Franco Hectoris Troiani,aliis filio, aliis nepote: Hectorē à* Dardano Camboblaſconis

Coriti Hetruriæ filio, qui occiſo fratre ſuo Iaſio, in Phrigiam conceſſerat, ſub anno ab vniuerſali diluuio 801. ac Dardanum ab Noe *primo, poſt aquas, omnium parente atque reſtauratore: directo Stemmate, ac nominatis poſt patrem filiis, longo ordine deducant: Nos nihilominus, cùm eorum labores huc transferre non ſit noſtri inſtituti: & qui illos ignorare noluerint, ex eiſdemmet autoribus, qui genealogias eaſdem latè repetunt, cognoſcere poterunt: ab Sancto Arnulpho duntaxat ad Carolũ Magnum vſque per Anſegiſum, vnum: & ad Hugonem vſque Capetum per Clodulphum Fratrem alterum: quæ alij nõ tradunt, Stemmata ducere contenti erimus.*

Sanctus igitur Arnulphus, quem Vrſpergenſis Arnoldum dicit, fuit tertius Marchio Sacri Imperij apud Scaldim fluuium in Brabantia, patrem habuit Anſegiſum, dictum ab Vrſpergenſe Anſgim, & ab aliis Arnoldum, qui cum fratre ſancto Feriolo Traiectẽſe Epiſcopo, & ſorore ſancta Tarſitia, inter ſanctos

receptus fuit: Auum verò habuit Ambertum Nicanorem, ſiue, vt alij volunt, Anſbertum, ſiue Anſelbertum, qui ſi Tritemium, & Petrū Marenum ſequimur, Sigiberti: Si verò Richardo de Waſſamburgo credimus, Wauberti, & Lucillæ Zenonis Imperatoris ſororis filius, & Theodorici Oſtrogothi Italiæ Regis ex ſorore Argotta nepos, extitit: & cùm Clotharij primi Francorum Regis filiam Blitildem, quæ aliis Cloſinda eſt, & aliis Radegundis, in matrimonium duxiſſet, ab ipſo Clothario, vel vt Autor Cronicæ cronicarum, etate. 6. Autor Illuſtrationum Franciæ orientalis, lib. 3. cap. in quo de Carolo Haſbanio loquitur, & alij dicunt, à Iuſtiniano Imperatore primus Marchio Sacri Imperij creatus fuit. De his ſic Sigibertus ſub anno. 625. intelligens de Pipino ſeniore Duce Brabantiæ, Pipino verò in diſponenda Republica comparabatur ſanctus « Arnulphus, filius Arnoldi, filij Aſberti ex Bli- « tilde filia primi Lothari Regis, & Paulus « Emilius lib. 1. ſub Theodorico primo, cuius ver- «

ba ſuperius retulimus. Et Vrſpergēſis in cron.
» *dum tractat de Origine Francorum*, Huius
» *ſancti Arnulphi pater fuit Arnolphus vir il-*
» *luſtris, filius Anſberti & Blithildæ Lotharij*
Regis *filiæ. Floruit ſanctus* Arnulphus, *vt*
Reginoni *lib. 1. dum mortem* Childeberti Re-
gis ponit, placet, Magiſter domus Regni Bur-
gundiæ, ſub Thedorico dicti Childeberti *filio,*
& rurſus Magiſter domus Regni Auſtraſiæ,
ſub Clotario. 2. & *Dagoberto*. 1. Cui *fuit à pa-*
tre Clothario *altor & rector aſſignatus, vt te-*
ſtantur, Otto *Friſingenſis lib. 5. cap. 9. Sigiber-*
tus ſub anno. 628. Aimoinus *lib. 4. cap. 17. &*
Regino lib. 1. poſt annum. 546. cuius verba re-
citabo.

» *Per idem tempus fuit Maiordomus in Pa-*
» *latio* Clotarij Regis *Arnulphus vir, vt poſt-*
» *modum claruit, Deo amabilis, qui, poſt gloriā*
» *ſeculi, Chriſti ſe ſeruitio ſubdens, mirabilis in*
» *Epiſcopatu extitit. Huic* Dagobertus *filius*
» Clotarij, *in annis puerilibus poſitus, traditus*
» *eſt à genitore, vt eum ſecundum ſuam ſapien-*

Digitized by Google

tiam enutriret, eique tramitem Chriſtianæ religionis oſtenderet. Et paulo inferius, Poſt hæc Dagobertus cum Pipino *Duce in Auſtria regnaturus à patre dirigitur, & Sancti Arnulphi Metenſis Epiſcopi conſiliis commendatur.* "
Sanctus Antoninus in 2. parte hiſtorialis, tit. 13. cap. 6. §. 13. & in ſuo hiſtoriali Vincẽtius, lib. 24. cap. 75. inter multa relatu digna, id referunt de hoc Sancto Arnulpho, quod non propterea hic referre deſiſtam, etiamſi ipſi errant dum dicunt eumdem fuiſſe patrem Pipini, & auum Caroli Magni, cum in veritate, non pater ſed abauus iſtius Pipini, & atauus Caroli Magni *fuerit, dicit Vincentius, Hic Arnulphus, vt ait Petrus Damianus, pater Pipini fuit, & auus Caroli Magni. Hic non procul à* Flandria, *in Lotharingia Ducatum tenebat, qui cùm vxoris & filiorum affectus poſtponens, heremum peteret, contigit vt per fluuiolum Moſellam tranſitum haberet, ad cuius pontis medium veniens, vbi fluuius profundior eſt, ibi anulum ſuum, ſub hac fœderis*

Digitized by Google

premæ voluntatis teſtandæ ius reliquit.

Volfgangus Lazius (ſi liber deprauatus non eſt) dicit Witichindum in Galliam mercede conductum à Carolo Caluo veniſſe, aduerſus Nortmannos Armoricam, ſiue Neuſtriam infeſtantes. Carolus verò Caluus regnare cępit anno. 841. vt dicunt ſub dicto anno Sigibertus, Vrſpergenſis, & Tilius. Nortmāni autem per Sequanam Neuſtriam infeſtare non cæpere ante annum. 846. vt dicunt ſub dicto anno, Sigibertus, & Tilius. Et Armoricam non inuaſerūt, niſi ſub anno. 853. per Ligerim, vt videri poteſt ſub dicto anno, ex dictis Sigiberto, & Tilio, & Paulo Æmilio, lib. 3. ſub Carolo Caluo, qui loquens de Nortman-
» *nis, ait. Caluo Rege, feſſa malis ciuilibus Fran-*
» *cia, interiora petere auſi, ægrè ſuſtineri poterāt,*
» *Lutetiā vſque à mari progreſſi, ingentem præ-*
» *dam auertere, Regreſſi domum, prædáque ex-*
» *poſita, multo plures ſpe Francicarum diuitia-*
» *rum adducti, anno eius ſeculi quinquageſimo*
» *tertio, maiore claſſe longius quā priores euecti,*

Ligeris oſtia cùm ſubiuiſſent, noſtris religioni « deditis ſabbato ſancto Nannetes inuadunt, « Epiſcopúmque ciuitatis rem diuinam facien- « tem occidunt, frequentem ad ſacra populum « trucidant. Et ex Reginone *ſub dicto anno, ſic « dicente, Tunc primum Nortmannorum Claſ- « ſis (vt aiunt) Ligeris attigit litora. Nec potuit « propterea* Witichindus *ante conduci à* Carolo *Caluo contra Nortmannos pro defenſione Armoricæ, ſiue Neuſtriæ, quàm* Caluus *regnaret, & Nortmanni Neuſtriam, ſiue Armoricam infeſtarent. At* Witichindus *(ſi hic ille* Witichindus *eſt) rebellis* Carolo *Magno ſub anno. 777. ad* Nortmannos *transfugit, & per multos annos ante* Dux *belli Saxonibus præfuit; & debebat propterea militaris* Ducis *ætatem habere. Quo fit, vt ſupputato tempore, centenarius tunc ad minus eſſe deberet; cùm* Dux *auxiliariorum, pro* Caluo *contra Nortmannos, hoſpites quondam ſuos, pugnaret, quod an veriſimile ſit, ſit cuiuſque iudicium.*

Quodſi dicat alium fuiſſe ab iſto Witichindum, vt ipſe dum de Ducibus *de Egern loquitur, vt ſupra diximus, dicere videtur. Primò reſponderi poteſt, quòd ipſe non dat Witichindo de Engern aliquem filium Robertum, & ideò hic ille eſſe non poteſt. Et vlterius, quòd libenter ab eo, autorem diſcerem, qui ante centum annos ſcripſerit, & de alio Witichindo, Saxonum Principe, &* Caluo *auxilia adducente in* Galliam, *verba fecerit. Ego enim multos vidi, & præter duos Witichindos, vnum de quo loquimur, alterum, qui per multos annos poſt vixit, & fuit non huius Witichindi, ſed* Theodorici *Saxonis filius, & Mathildæ vxoris Henrici. I. Imperatoris frater, à ſcriptoribus, qui ſupra patrum noſtrorum memoriam ſcripſerint, nominatos non reperi inter* Saxonum *Principes, vt ſuperius dixi. Et ſi David Chytræus ne dum alterum, ſed tertiū ſucceſſiuè Witichindum proauum, auum, & patrem Roberti proferat. Is enim cùm bis ternæ ſuus liber, de lectione hiſtoriarum recte inſtituenda,*

ſtituenda, cum Cronologia, poſt primam editionem, ſemel ſub anno, 1563. atque iterum ſub anno, 1565. Argentorati, apud Chriſtianum Mylium editus eſſet, & in eo aut nulla Hugonis Capeti genealogia legeretur, aut vnicus dũtaxat nominaretur Witichindus, in quarta editione, qua liber vndique auctus, 1573. Roſtochij apparuit, tres ſucceſſiuè Witichindos, quorũ alter Roberti pater, alter auus, alter verò, qui contra Carolum bella geſſit, proauus fuerit, nominauit. Et bis eſt, (aut erro) in hoc erratum, primò dum illi abſque autore proferuntur Witichindi, de quibus apud autores antiquos nulla eſt recordatio. Secundo dum tot inculcantur Witichindi, vt neceſſario ſequatur, aut quòd aliqui ex dictis Witichindis, & Robertus nati fuerint ante patres, aut quòd vix nati liberis operam dederint, certum eſt enim Robertum occiſum fuiſſe Ducem contra Nortmannos, ſub anno. 866. Et Witichindus, qui Carolum bellis exagitauerit, vixiſſe etiam, Alberti Krantij teſtimonio, ſub Lu-

douico Pio, qui poſt annum 814. imperare cæpit, vt propterea neceſſe ſit, intra annos plus minus quinquaginta, duos Witichindos, Robertumque ſtrenuos duces natos fuiſſe, multa ſtrenuè geſſiſſe, ac pluribus relictis filiis obiiſſe. quæ & ſi poſſibilia vtcumque ſint, veriſimilia tamē minime videntur. Sed redeundo ad inſtitutum, dictis addi poteſt, quod bis duntaxat legitur, Carolum Caluum vſum fuiſſe auxiliis Saxonum, ſemel contra Britones ſub anno. 855. vt teſtatur Otto Friſingenſis, lib. 6. cap. 2. cuius verba ſtatim recitabimus. Vel ſub anno 860. vt dicit ſub dicto anno Regino. Et iterum contra Nortmannos ſub anno. 866. vt refert Paulus Æmilius, lib. 3, ſub Carolo Caluo, cuius verba ſuperius retulimus. Et neque in prima expeditione, in qua aderat ipſemet Carolus Caluus, neque in ſecunda, in qua Robertus occiſus fuit, verbum nec quidem vllum fit de aliquo Witichindo, vt in ipſis autoribus facilè videri poteſt. Et veriſimile non eſt, ſi dux belli fuiſſet, aut interfuiſſet, quod ille latuiſſet Witi-

chindus, cuius nepos paulo poſt Rex *Franciæ pronunciatus fuiſſet.*

Paulus Æmilius non dicit Witichindum, ſed Robertum, quem Witichindi filium dicunt, auxiliarium Saxonum contra Nortmannos Ducem fuiſſe. At in ea expeditione à Nortmannis (vt dictum eſt) Robertus occiſus fuit. Et in priori expeditione, in qua, per ſex annos ante, Saxones, pro Carolo Caluo, contra Britones pugnarunt, Saxones *ipſi, vix hoſte viſo, terga verterũt, vt* Regino, *qui non longe ab illis temporibus ſcripſit, ſub anno 860. teſtatur his verbis. Ad compeſcendam verò huius præſumptionis inſolentiam,* Carolus *(de* Caluo *loquitur) cùm magno exercitu Britanniam intrauit, pugna committitur:* Saxones, *qui conducti fuerunt ad excipiendos velocium equorum anfractuoſos recurſus, in prima fronte ponuntur. Sed primò impetu, ſpiculis Britonum territi in acie ſe recondunt. Et* Otto *Friſingenſis, lib. 6. cap.2.* His *diebus in* Regno *Caroli Principibus ſuis mutuis inter ſe vulneribus cadentibus,*

» *Britones tanquam deſtitutam terram irrum-*
» *pũt, ac tranſmiſſo Ligeri, Pictauos vſque ferro*
» *flammáque cuncta vaſtantes progrediuntur:*
» *& ſic Francorum ſpolijs ditati, ad propria re-*
» *uertuntur. Itaque Carolus cõductis pretio Sa-*
» *xonibus, Britones bello petit. Nec mora, com-*
» *miſſo prælio, Saxones in prima acie poſiti, ter-*
» *riti ſpiculis hoſtium, terga vertunt: Franciſq;*
» *ob antiquæ fortitudinis genuinam virtutem*
» *viriliter dimicãtibus, multis ex vtraque parte*
» *cæſis, ac vulneratis, noctis præſidio bellũ diri-*
» *mitur. Et Paulo inferius. At Carolus Rober-*
» *to viro forti, ob hanc moleſtiam, inter Ligerim*
» *& Sequanam Ducatum ad domandos Brito-*
» *nes dedit.*

Quanam igitur veriſimilitudine dicendum eſt, Robertum, ſi Saxo fuiſſet, ob ſuorũ Saxonũ fortitudinem, tunc Ducatum inter Ligerim & Sequanam conſequutum fuiſſe? Dux enim poſt illum conflictum, quo Saxones vix viſo hoſte fugerunt, à Carolo Caluo cõſtitutus fuit. vt ex ſupra relato Friſingẽſis teſtimonio clarè

patet. Et poteſt-ne in mentem alicuius cadere, quòd extraneus quiuis, Dux *auxiliariorum mercede conductorum, qui ignaue pugnauerint, ſpatio ſex annorum quibus in Frãcia moratus fuiſſet, in tantam amplitudinem euadere potuerit, vt Princeps Francus, vir magnæ potentiæ, vnus ex Regni primoribus, & inter primos ipſe prior dici, vt dictum fuiſſe* Robertũ *ſuperius demoſtrauimus, Filioque ſuo Paulo poſt Regnum dari, promeruiſſet? Oſtenſum eſt enim primam pugnam ſub anno. 860. ſequutam fuiſſe, & ſub anno, 866.* Robertum *fuiſſe occiſum, &* Odonem *ſub anno, 888. ſecundum* Reginonem, *aut. 890. ſecundum* Sigi*bertum, aut. 891. ſecũdum Tilium, Regem electum fuiſſe. Non itaque* Robertus *fuit Saxo, ſed Francus, cum Francis ſtrenuè ſe geſſit, &* Francus *ob ſuam fortitudinem contra Britones, cæteróſque inimicos* Regni Françici *arcem, atque munimen fuit conſtitutus.*

At vt apertius, certiuſque oſtendatur verum id eſſe non poſſe, quod Onuphrius, *&*

Digitized by Google

Lazius aſſeruerunt, idque etiam veriſimile non eſſe, quod Æmilius, & alij dixere, omittere non debemus Alberti Krantij teſtimonium, quod multi ponderis in hoc eſtimandum fore non dubito: tum ob eius diligentiam, tum quia Saxonum hiſtoriam ex propoſito tractat. Js enim lib. 2. cap. 24. ſuæ Saxoniæ, ait Wedekin-
» *dus autem pacatus in ſua ſedet Prouincia,*
» *Weſtfhaliam ſolam gubernans, nã vltra Vi-*
» *ſurgum Prouincia & anguſtiis Wandalo-*
» *rum præmebatur, & quod tenuere ditionis*
» *Pontificces gubernabant, & Paulo inferius.*
» *Wedekindus autem cùm Rex illum baptiza-*
» *tum in ſua, vt diximus, Prouincia gubernare*
» *permitteret, ædificato in Anglaria, nunc An-*
» *griam dicunt, inſigni templo, inſtituto collegio*
» *ſine fine Deo ſeruientium, quod nunc in Her-*
» *uordiam ferunt eſſe tranſlatum, ibique Domi-*
» *nabus imperitantibus ſeruit, plurimum ipſe in*
» *Chriſto deuotus religione profecit. Sed erat illi*
» *cum Geroldo Sueuorum Duce, ex magnis*
» *cauſis, atrox bellum, quod varia diu fortuna*

Digitized by Google

protrahebatur, mirum quomodo tam longinquum ex Sueuia in Saxoniam? ſed erant Saxonibus prædia, quod oſtendimus in Hercinia, & Sueuis in Turingia. Vnde facilè potuit cōflari de terminis bellū, ſed eo conſumptus periit Wedekindus; Chriſtiano ritu ſepultus in Eccleſia eius, quod fundauerat Collegij. & cap. 25. eiuſdē libri. Wigbertus Wedekindi filius erat, ab adoleſcentia Chriſto deuotus, inter Saxones vir primarius, ſed an principatum in gentem egerit, mirum eſt ſilentium, quòd Saxones ea tempeſtate, regnante poſt patrem Pio Ludouico Imperatore, ſub Chriſti religione manſuefacti, quieſcerent, & omnis Prouincia Epiſcopis diſpartita religioni ſeruiret.

Si igitur Witichindum, iam Chriſto redditum, in Angria principari Carolus permiſit: & is bello contra Geroldum Ducem Sueuorum hominem exuit; illiúſque corpus in Eccleſia ab eo conſtructa tumulo mandatum fuit: eiuſque filius Wigbertus vir primarius ſub Ludouico Pio in Saxonia vixit: Alterue

Witichindus in antiquis ſcriptoribus, per illa tempora non legatur; Certè nec aliquis Witichindus ſub Ludouico Pio extorris patria fuit: nec ſub Carolo Caluo auxilia Saxonum, cùm iam ſub Ludouico Caroli patre ille mortuus eſſet, adducere in Galliam potuit: & minus illã Familiam in Galliam propagare, quæ tempeſtate ferè illa eſt Franciæ Regnum adepta.

Stemmatis delineatio.

E*T ſi Hunibaldus, referente Tritemio in compendio ſuorum annalium, lib.1. Hieronymus Gebuilerus in epitome ortus Archiducum Auſtriæ, ac Comitum Abſburgenſium. Volfgangus Lazius de gentium migrationibus, lib.3. de Cimmeriis. Anſelmus Heluetius in Catalogo annorum & Principum. Autor libri, cui titulus eſt, Cronica Cronicarum, lingua Gallica. Buccettus in Genealogijs Regum Francorum. Autor Illuſtrationum Galliæ, ac Franciæ orientalis, & Occidenta-*

Digitized by Google

lis, eadem lingua. Robertus *Cenalis, lib.1. perioche.12. de Re Gallica. Petrus Marenus in compendio ſtirpis Caroli Magni, lingua* Itali-*ca. Stephanus Cyprius, ex regia Luſinianorũ familia, Dominicanus, in* 1. *Corona eius libri, cui,* Raccolta *di cinque diſcorſi, titulũ eſſe voluit, eadem lingua.* Gotfridus *Viterbienſis* Cron. *parte 17. & Alij quamplurimi* Caro-*lum* Magnum *ab Sancto Arnulpho Sacri Imperij Marchione Antuerpienſe, & relicto deinde ſeculo Metenſi Epiſcopo, Sanctum Arnulphum &* Clodoueum *primum Francorum, qui* Chriſtum *Deum agnouerit, ab duobus fratribus* Clodomere *&* Genebaldo Dagoberti *filiis, qui penes oſtia Rheni, ſub anno* 306. *poſt Chriſtum natum, Rex Frãcorum fuerit: & ſi aliqui Sanctum Arnulphum à Faramundo dicant: Dagobertum rurſus à Frãco filio* Antarij *à quo ſub anno ſalutis.* 37. *Sicambri Franci dicti fuere: & Francum ab alio Franco Hectoris* Troiani, *aliis filio, aliis nepote: Hectorẽ à* Dardano *Camboblaſconis*

Coriti Hetruriæ filio, qui occiſo fratre ſuo Iaſio, in Phrigiam conceſſerat, ſub anno ab vniuerſali diluuio 801. ac Dardanum ab Noe primo, poſt aquas, omnium parente atque reſtauratore: directo Stemmate, ac nominatis poſt patrem filiis, longo ordine deducant: Nos nihilominus, cùm eorum labores huc tranſferre non ſit noſtri inſtituti: & qui illos ignorare noluerint, ex eiſdemmet autoribus, qui genealogias eaſdem latè repetunt, cognoſcere poterunt: ab Sancto Arnulpho duntaxat ad Carolũ Magnum vſque per Anſegiſum, vnum: & ad Hugonem vſque Capetum per Clodulphum Fratrem alterum: quæ alij nõ tradunt, Stemmata ducere contenti erimus.

Sanctus igitur Arnulphus, quem Vrſpergenſis Arnoldum dicit, fuit tertius Marchio Sacri Imperij apud Scaldim fluuium in Brabantia, patrem habuit Anſegiſum, dictum ab Vrſpergenſe Anſgim, & ab aliis Arnoldum, qui cum fratre ſancto Feriolo Traiectẽſe Epiſcopo, & ſorore ſancta Tarſitia, inter ſanctos

receptus fuit: Auum verò habuit Ambertum Nicanorem, ſiue, vt alij volunt, Anſbertum, ſiue Anſelbertum, qui ſi Tritemium, & Petrũ Marenum ſequimur, Sigiberti: Si verò Richardo de Waſſamburgo credimus, Wauberti, & Lucillæ Zenonis Imperatoris ſororis filius, & Theodorici Oſtrogothi Italiæ Regis ex ſorore Argotta nepos, extitit: & cùm Clotharij primi Francorum Regis filiam Blitildem, quæ aliis Cloſinda eſt, & aliis Radegundis, in matrimonium duxiſſet, ab ipſo Clothario, vel vt Autor Cronicæ cronicarum, etate. 6. Autor Illuſtrationum Franciæ orientalis, lib. 3. cap. in quo de Carolo Haſbanio loquitur, & alij dicunt, à Iuſtiniano Imperatore primus Marchio Sacri Imperij creatus fuit. De his ſic Sigibertus ſub anno. 625. intelligens de Pipino ſeniore Duce Brabantiæ, Pipino verò in diſponenda Republica comparabatur ſanctus "
Arnulphus, filius Arnoldi, filij Aſberti ex Blitilde filia primi Lotharii Regis, & Paulus "
Emilius lib. 1. ſub Theodorico primo, cuius ver- "

ba ſuperius retulimus. Et Vrſpergẽſis in cron.
» *dum tractat de Origine Francorum*, Huius
» *ſancti Arnulphi pater fuit Arnolphus vir il-*
» *luſtris, filius Anſberti & Blithildæ Lotharij*
Regis *filiæ. Floruit ſanctus* Arnulphus, *vt*
Reginoni *lib.* 1. *dum mortem* Childeberti Re-
gis ponit, placet, Magiſter domus Regni Bur-
gundiæ, ſub Thedorico dicti Childeberti *filio,*
& rurſus *Magiſter domus* Regni Auſtraſiæ,
ſub Clotario. 2. & *Dagoberto*. 1. Cui *fuit à pa-*
tre Clothario *altor & rector aſſignatus, vt te-*
ſtantur, Otto *Friſingenſis lib.* 5. *cap.* 9. *Sigiber-*
tus ſub anno. 628. Aimoinus *lib.* 4. *cap.* 17. *&*
Regino lib. 1. *poſt annum.* 546. *cuius verba re-*
citabo.

» *Per idem tempus fuit Maiordomus in Pa-*
» *latio* Clotarij Regis *Arnulphus vir, vt poſt-*
» *modum claruit, Deo amabilis, qui, poſt gloriã*
» *ſeculi, Chriſti ſe ſeruitio ſubdens, mirabilis in*
» *Epiſcopatu extitit. Huic* Dagobertus *filius*
» Clotarij, *in annis puerilibus poſitus, traditus*
» *eſt à genitore, vt eum ſecundum ſuam ſapien-*

Digitized by Google

tiam enutriret, eique tramitem Chriſtianæ religionis oſtenderet. Et paulo inferius, Poſt hæc Dagobertus cum Pipino Duce in Auſtria regnaturus à patre dirigitur, & Sancti Arnulphi Metenſis Epiſcopi conſiliis commendatur. Sanctus Antoninus in 2. parte hiſtorialis, tit. 13. cap. 6. §. 13. & in ſuo hiſtoriali Vincẽtius, lib. 24. cap. 75. inter multa relatu digna, id referunt de hoc Sancto Arnulpho, quod non propterea hic referre deſiſtam, etiam ſi ipſi errant dum dicunt eumdem fuiſſe patrem Pipini, & auum Caroli Magni, cum in veritate, non pater ſed abauus iſtius Pipini, & atauus Caroli Magni *fuerit, dicit Vincentius, Hic Arnulphus, vt ait Petrus Damianus, pater Pipini fuit, & auus Caroli Magni. Hic non procul à* Flandria, *in Lotharingia Ducatum tenebat, qui cùm vxoris & filiorum affectus poſtponens, heremum peteret, contigit vt per fluuiolum Moſellam tranſitum haberet, ad cuius pontis medium veniens, vbi fluuius profundior eſt, ibi anulum ſuum, ſub hac fœderis*

» *coniunctione proiecit, cùm ego inquit, anulum*
» *hunc recepero, tunc ego procul dubio confidam*
» *me eſſe peccatorum meorum nexibus abſolutū.*
» *Quo facto heremum petiit, vbi non paruo*
» *tempore mundo mortuus, Deo vixit. Interea*
» *defuncto Metenſi Epiſcopo, electus eſt, dúmque*
» *eſu carnium abſtinet, ſicut in heremo conſueue-*
» *rat, piſcis ei præſentatus eſt, quem coquus exē-*
» *terans anulum reperit, quem Domino ſuo læ*
» *tabundus obtulit, quem ille ſtatim recognouit.*
» *Eſt autem bidui iter à pōte, in quo anulus pro-*
» *iectus fuerat vſque ad locum in quo præſenta-*
» *tus eſt. Vt ergo recognouit anulum, iam fidus,*
» *gratias Deo pro ſuorum agens ſolutione pec-*
» *catorum, vitam poſtmodum in nullo remiſſius*
» *duxit. Et inferius, cap. 77. Poſt hoc autem*
» *Beatus Arnulphus relictis cunctis rebus ſe-*
» *culi, ſicut nouus Helias, ad heremum properās,*
» *& inter beſtias & feras ſiluæ, paruulis man-*
» *ſiunculis paratis, quotidiana meditatione lau-*
» *des Deo perſonabat. Hic Arnulphus, vt ex*
» *dictis Vincentij, cui eiſdem ferè verbis aſtipu-*

Digitized by Google

latur Antoninus, perſpici clare poteſt, è ſeculo heremum petiit, ex heremo Metenſis Epiſcopus electus fuit, inde relicto Epiſcopatu ad heremum recurrit, ibi ſanctitate claruit, & tandem anno, 640. cœlum petiit, vt teſtantur, Vgo Gemblacenſis in ſua hiſtoria ſuccincta li. 6. cap. 7. Et ſub dicto anno Sigibertus his verbis, Sanctus Arnulphus ex Maioredomus Metenſium Epiſcopus, & ex Epiſcopo ſolitarius, dormit in Chriſto. Antequam heremum peteret vxorem habuit Dodam ſanctiſſimam fæminam, quæ viri veſtigia ſequuta, ac religionem profeſſa, clauſtro incluſa, eſt etiam ſanctitatis nomen adepta. Teſtatur Sigibertus, ſub anno. 640, qui eamdem matrem Clodulphi dicit, Doda mater ipſius Clodulphi Treueris incluſa, Chriſto ancillatur.

Hi plures in ſeculo filios genuere, quorum tres fuere ſuperſtites: Anſegiſus, Walchiſus, & Clodulphus.

Primogenitus Anſegiſus ſecundus, qui Anchiſes eſt etiam dictus, cùm patre Arnulpho

Digitized by Google

fuit Maiordomus *Clodouei.2. Teſtibus Vgone*
„ Gemblacenſe, *dicto cap. 7.* Regnabat *apud*
„ *Gallias Clodoueus filius* Dagoberti, *Arnul-*
„ *pho & Anchiſe eius filio aulam regiam pro-*
„ *curante. Quorum Arnulphus ſpreto poſtmo-*
„ *dum ſeculo, & terreni ſollicitudine palatij,*
„ Chriſti *ſe ſeruitio mancipauit, & heremiticam*
„ *vitam arripuit, & inde ad Metenſem aſſum-*
„ *ptus* Epiſcopatum *, glorioſa reſplenduit vita,*
„ *horum tamen ſoboles in* Reges *creuere, & ad*
„ *præfatorum progeniem virorum poſtmodum*
„ *Francorum tranſlatum eſt regnum.*

Ottone *Friſingenſe lib.5.cap.12.& Vrſper-*
genſe circa annum, 686. Hic Anſegiſus vxo-
rem habuit Beggam Pipini ſenioris filiam, &
Grimoaldi *ſororem, vt teſtatur* Paulus *æmi-*
lius, cuius verba ſupra poſuimus, & ſic Sigi-
bertus ſub anno.649.

„ *Anſegiſus etiam filius ſancti Arnulphi cla-*
„ *rebat, cui Begga ſoror* Grimoaldi *nupſerat. Et*
ex his eſt natus Pipinus pater Caroli *Mar-*
telli, qui alterum P*ipinũ genuit* Caroli *Magni*

patrem

Digitized by Google

patrem de quibus, quia paßim ab ſcriptoribus veritas habetur, verba plura facere, è re noſtra eſſe non exiſtimauimus.

Walchiſus, ſiue Walgiſus filium habuit Wandragiſillum, quem alii Wandum dicunt, & ambo ſancti habiti fuere. Claruit Wandragiſillus, vt Sigiberto placet, ſub anno. 692. Sãctus Wandragiſillus, qui & Wando, Anſegiſi Maiorisdomus ex Walchiſo fratre nepos hoc tempore claruit, qui cænobia Fiſcanum, & Fontinellum *Deo conſtruxit.*

Clodulphus, quem Petrus Marenus Flondulphum, Buecettus verò Feudulphum, *dicũt, poſt mortem patris, Metenſis Epiſcopus & ipſe electus fuit. Teſtibus Sigiberto ſub anno 640. Clodulphus filius eius (loquitur de Sancto Arnulpho) poſt Metenſis Epiſcopus ſanctitatem patris imitatur. & Tritemio, qui lib. 1. ſub* Dagoberto. 1. *in compendio, ait, Clodulphus poſt patrem Epiſcopus* Metenſis *ordinatus, illius ſanctitatem imitatur. Quòd ſi quis non eundem, ſed duos fuiſſe contendat, Clo-*

dulphum, & Flondulphum, & alterum fuiſſe Metenſem Epiſcopum, alterum verò ſeculo ſtetiſſe ac prolem genuiſſe, ob id cum ipſo non pugnabo: cùm idem ſemper in propoſito noſtro ſequatur; fuiſſent enim ambo filij Sancti Arnulphi, & ab alterutro propterea idem ſtemma deduceretur.

At cùm tot Principes non intermiſſa ſerie omnes Deum timuerint, mandata illius cuſtodierint, illiúſque amore accenſi principatus, & ſeculi commoda reliquerint profeſſique fuerint voluntariam egeſtatem: Cui mirum ſi ad hanc vſque diem, & in euum de horum poſteritate regium illud decantari poſſit? Nimis honorifi-
» cati ſunt amici tui Deus, nimis confortatus eſt
» Principatus eorum. Et aliud, Potens in terra
» erit ſemen eius, generatio rectorum benedicetur,
» Gloria, & diuitiæ in domo eius, & iuſtitia
» eius manet in ſæculum ſæculi.

Is Clodulphus ante profeſſam religionem vxorem habuit, aliis Mariam Clotarij, 2. filiam, aliis verò Almabertam filiam Carolo-

manni Ducis Brabantiæ, & filium poſt ſe reliquit nomine Martinum.

Martinus Clodulphi *filius, poſt mortem* Wolfradi *Maiorisdomus Theodorici, vnà cum Pipino Anſegiſi filio, Princeps fuit in* Regno *Auſtraſiæ, & cũ congreſſi cum Ebroino Magiſtro domus eiuſdem Theodorici ac victi eſſent*, Pipino *fuga elapſo, Martinus ab Ebroino in colloquium ſub iureiurendo euocatus, impiè occiſus fuit, Teſtibus, Sigiberto ſub anno.647.ſupplente Aimoinum lib.4.cap.45. Tritemio, in compendio, ſub Hilderico, Gaguino lib.2. ſub* Theodorico, *& aliis multis.*

" *Martinum hunc fuiſſe Pipini Craſſi fra-*
" *trem patruelem, teſtatur Paulus Æmilius*
" *lib.1.ſub* Theodorico*.1. Simul mortuo Vlfoal-*
" *do, Martinus & Pipinus cognomine Craſſus,*
" *fratres patrueles ab Auſtraſianis* Duces *ſalu-*
" *tantur.Is à Flauio* Blondo *lib.10.decad.1. non*
" *fratruelis ſed frater* Pipini *dicitur, eodem anno*
" *apud Francos etiam mota ſunt bella, in qui-*
" *bus primum enitere cæpit nomen familiæ illius*

Digitized by Google

» Carolorũ, quos poſteriora ſecula glorioſos Frã-
» corum Principes habuerunt. Erant Auſtraſio-
» rum Reguli fratres duo, Martinus & Pipi-
» nus, cui poſtea Breui fuit cognomentum, &
» paulo inferius, dum refert Martini mortem.
» Martinuſque cùm aliquandiu latuiſſet, fide
» publica ab Ebruino euocatus fraude periit. Sed aut ita accepta Blondi autoritate, vt Blondus ipſe pro fratruele fratrem dicat, aut quod de fratre germano intelligat, & verum ſit quod dicit, non eſt cur ſolliciti eſſe debeamus, cùm ex vtroque intellectu verum reddatur noſtrum inſtitutum, minus accuratè tamen Blondus dicit illi Pipino fuiſſe cognomentum Breui, cui in veritate, Craſſo cognomentum fuit, fuitque pater Caroli Martelli, atque Pipini Breuis auus, vt res clarior eſt, quàm in ea ſit immorãdum. Hic filium reliquit Childebrandum, & filiam, quæ nupta fuit Carolo Martello, vt ex dicendis ſatis clarè apparebit, licet Alij plures tribuant.

Childebrandus Martini filius claruit ſub

principatu Caroli Martelli, illiuſque expeditionum ſocius, ac gloriæ particeps fuit: Pars enim magna fuit in nobili illo conflictu, quo in campis Turonicis cecidit Abdirama cum tercentis octuaginta quinque millibus ex ſuis, de quo ſic Paulus Æmilius, lib. 2 ſub Theodorico 2. equitibus Martellus præfuit, pedites & Childebrandus Martini filius regebat. Idem Childebrandus cum Viſigothi ducibus Hunnoldo & Vaifaro Eudonis defuncti Aquitaniæ Ducis filiis rebellaſſent, & Saraceni Athino Rege illis iuncti rediiſſent, & Auenionem Mauricij Prouinciæ Maſſilieñſis Comitis dolo occupaſſent, præmiſſus à Martello Saracenos Auenione incluſit, de quo ſic idẽ Paulus Æmi- "lius, eo. lib. Childebrandus à Martello præmiſ- "ſus cum validis copiis ad cognoſcendum quid "animi Barbarus haberet, quidue conſilij cæpiſ- "ſet, qua ratione bello inſiſteret, iuſſus, ſi vide- "retur, fortunam tentare: is primo ſtatim aduen- "tu hoſtem intra menia compulit, mox iuxta "vrbem caſtris poſitis eum obſidebat, & Pau- "

» *lo inferius,*Frācorum *tres ſummi Duces erant,*
» *Carolus Martellus, Childebrandus, & alter*
nomine Carolus. *Hunc Robertus Gaguinus*
*lib.*3.*ſub* Carolo *Martello, &* Autor *Illuſtra-*
*tionū Franciæ orientalis lib.*3.*nominant* Chil-
debertum, & Caroli *Martelli fratrem eſſe di-*
cunt, dum Auenionis *oppugnationem expo-*
» *nunt. Gaguinus, Nec defuit tot incommodis*
» Auenio *Prouinciæ munitiſſima ad Rhodanum*
» *ciuitas, eam* Gothi *ex Hiſpania duce Maran-*
» *co irruentes occupant, quam mox Martellus*
» *obſidione cinctam per* Childebertum *fratrem*
» *oppugnat. Autor Illuſtrationum,* Le Duc
» Charles Martel aduerty de ces nouuel-
» les, dōna bon ordre en ſon pays du Rin,
» & vint diligemment en la haulte Bour-
» gongne, où il miſt ſus la plus grand ar-
» mee qui peult, & alla promptement aſ-
» ſieger Auignon, & la print par force,
» Aucuns diſent que ce fut faict par ſon
» frere nommé Childebert ſon lieutenāt
» en ceſte partie. *Idem dicit Appendix* Gre-

Digitized by Google

gorij Turonenſis li.11.cap.109. ſed Childebrandum nominat, Auenionem Vrbem munitiſſimam ac montuoſam collecto Hoſtili agmine ipſi Saraceni ingrediuntur, illiſque rebellantibus ea regione vaſtata. At contra vir egregius Carolus Dux germanum ſuum virum induſtrium Hildebrandum Ducem, cum reliquis Ducibus & Comitibus, ad illas partes cum apparatu hoſtili dirigit. Et inferius, Denuo curriculo anni illius menſe ſecundo prædictum germanum ſuum cum pluribus Ducibus atque comitibus commoto exercitu ad partes Prouinciæ dirigit. Et qui ſupplet Aimonium li.4.cap. 57. Auenionem vrbem munitiſſimam ac montuoſam ipſi Saraceni, collecto hoſtili agmine, ingrediuntur, omni regione depopulata, at contra vir egregius Carolus Dux germanum ſuu virum induſtrium Childebrandum Ducem, cum reliquis Ducibus, & Comitibus cum apparatu hoſtili dirigit: & Paulo inferius, Denuo anni illius menſe ſecundo prædictum germanum ſuum Childebrandum cum pluribus

» Ducibus atque comitibus, commoto exercitu,
» in partes Prouinciæ dirigit, quibus Aueniо-
» nem vrbem Appulſis. At ipſimet quo ſenſu
» germanum illum appellent, ſatis declarant, dũ
» dicit primus, cap. 110. Eo anno Pipinus Dux
» Commoto exercitu cum Auunculo ſuo Hilde-
» brando Duce, & multitudine primatum, &
» agminum ſatellitum plurimorum ad Burgun-
» diam dirigunt, ſines regionum præoccupant. Et
» ſecundus, eo. cap. Deinde memoratus Princeps
» (de Carolo Martello loquitur) conſilio opti-
» matum ſuorum petito, filiis ſuis Regna diuidit.
» Primogenitum itaque filium ſuum Carolo-
» manum nomine, in Auſtriam, quæ nunc Ale-
» mania dicitur, atque Toringiam ſublimauit.
» alteri verò filio minori, Pipino nomine, Bur-
» gundiam, Neuſtriam, & Prouinciam permi-
» ſit. eo anno Pipinus Dux, commoto exercitu,
» cum auunculo ſuo Childebrando Duce, &
» multitudine Primatum, & agmine ſatellitum
» plurimorum, in Burgundiam dirigunt. Idem
» ſentit Nicolaus Vignerius, in Cronico Bur-

gundiæ ſub anno,730. «
Saraceni fama rerum à Wiſigothis in Gallia «
geſtarum exciti, ſpe vel vlciſcendæ, vel oblite- «
randæ prioris cladis, in Galliam rurſus Athino «
Rege Duce deſcenderunt. vbi ſocietate cũ Wi- «
ſigothis inita, Auenionem proditione Mau- «
ricij Comitis Maſilienſis occuparunt. inde cũ «
omnia Francis infeſta redderent, Carolus præ- «
miſſa cum Childebrando Duce copiarum ſua- «
rum parte, eos intra Auenionem compulit: ipſe «
interim Burgundiones *confirmauit, Lugdunẽ-* «
ſeſque ſibi iureiurando adegit, id quod cum an- «
nalibus veter. hoc anno ſtatuimus. & inferius «
ſub anno.740. Martellus conſilio Procerum «
ſuorum Regna, *Prouinciaſque, quæ imperio* «
eius ſubiacebant, inter filios ſuos, Paulo ante «
obitum ſuum, partitum fuiſſe Aimoinus teſtis «
eſt. Adeò vt Carolamanno *Auſtraſiam cum* «
tranſrhenanis gentibus adiudicauerit. Pipino «
verò iuniori Neu*ſtriam Burgundiamque &* «
Prouinciam, quem etiam ſtatim in Burgundiã «
cum Childebrando auunculo ſuo, ad ipſius poſ- «

Digitized by Google

ſeſſionem ineundam , ſic enim interpretor, tranſmiſerit. Si vt dicunt,Childebrandus Pipini auunculus erat ,procul omni dubio Pipini mater erat Chidebrandi *ſoror,& erat propterea* Childebrandus *non* Caroli *Martelli , ſed vxoris illius frater. At quia ſolent* Franci *vxoris fratres, fratres appellare , Apendix Turonenſis,qui ſupplet* Aimoinum, Autor Illuſtra*tionum, & Gaguinus , Francorum loquendi conſuetudinem ſequuti,Childebrandum Caroli Martelli fratrem dixerunt:cum in veritate non frater , ſed vxoris illius frater eſſet.*

Quod verò ad noſtrum inſtitutum attinet, non eſt cur immorari debeamus, cùm Martini Caroliq*ue Martelli idem ſit genus , & licet diuerſis ſtemmatibus,ad eumdem nihilominus* San*ctum Arnulphum ambo reducantur. Nicolaus Ægidius* Cron.*vol.1.* Dum *loquitur de* Got*his Auenionem oppugnantibus , nominat* Childebrandum *, ſed dicit illum auunculum* Caroli *Martelli, & in hoc errat, vt patet ex dictis:ait enim.* Charles Martel le ſceut,

ſon oſt eſmeuſt, droict l'a enuoyé, & fiſt Chef de l'armee le Duc Childebrand ſon oncle.

Non ignoro hũc à Richardo de Waſſemburgo in ſuo lib 2. illuſtrationum Galliæ Belgicæ dictum eſſe Lambertum: Neque hunc ipſum Childebrandum ſub Lamberti nomine ab ipſo deſignari, poteſt eſſe ambiguum; cùm illius cũ Carolo Martello expeditiones, & geſta contra Abderamam & Saracenos, contra Hunoldum, & Vaifarum referat, & ferè reliqua, quæ ab aliis de Childebrando dicuntur, omnia illi tribuat, ſed quia Appendix Turonenſis, Auctor Aimoini, Nicolaus Ægidius, Vignerius, & Paulus Æmilius dicunt illum Childebrandũ, in illius nomine, & ſi binomius eſſe potuerit, ſequi iſtos appoſitius eſt mihi viſum.

Hic, vel ſolum, vel inter plures, filium reliquit nomine Theodoricum, quem Theodolum etiam quandóque dictum fuiſſe inuenio: ſeu quia binomius fuerit, ſeu quia dum infans eſſet Theodolus, quaſi paruulus Theodoricus, arri-

dendi gratia ab altoribus diceretur, dum ei, vt Procerum filiis fieri ſolet, blandirentur.

Lamberto Waſſemburgus tribuit multos filios, ſed trium duntaxat nomina refert: cæterorum verò breuitatis cauſa (vt dicit) omittit. At cum inter nominatos nullus dictus fuerit Theodoricus, ex duobus alterum verum eſſe neceſſe eſt: aut quod Theodoricus vnus ex illis fuerit, quorum nomina non ſunt edita: aut quod Childebrandus, qui Theodoricum filium habuit, diuerſus fuerit à Lamberto, & fuerit propterea illius frater: cùm ambo, nempè ex Æmilio Childebrandus, & ex Waſſemburgo Lambertus, Martini filij fuerint. Et vt vt ſit, nos ex autoritatibus, & rationibus infra poſitis ducti, hunc Theodoricum nominatum fuiſſe dicimus & Childebrandi Martini filij filiũ fuiſſe pariter agnoſcimus.

Theodoricus igitur Childebrandi filius floruit ſub Carolo Magno, & cum imberbis ſub Rolando cognato militiæ tirocinium poſuiſſet, & in Roncisvallenſi clade & fortitudinis exi-

Digitized by Google

miæ, & , ſenilis, præter ætatem prudentiæ ſpecimen dediſſet, circa annum, 780. ab ipſo Carolo *Magno Saxoniæ præpoſitus fuit : vndè illi Saxonici cognomē contigit, cũ, vt eſt ſupra dictum, temporibus illis Prouinciarum præfecti illarum Duces dicebantur, eamdémque cum illis denominationem ſortiebantur. Saxonicam verò præfecturam illi datam teſtatur Paulus Æmilius lib.2. ſub* Carolo Magno, *nam poſtquam dixiſſet* Geillonem Magiſtrum *equitum præmiſſum fuiſſe, vt in Saxonia aduerſus* Sclauos *delectum haberet, ac vt Francones reuocaret ad ſigna, ſubdit. Non multum itineris* «
emenſi erant, cùm Saxones, quorum præſidiũ «
petebatur, rebellaſſe nuncius affert, continuo & «
Theodoricus comes Carolo *cognatione iunctus* «
affuit , vix dum digreſſo Geillone *ad famam* «
Saxonici tumultus ab Rege *ad eum coercendum miſſus : & paulo inferius. Honore, im-* «
perióque militari Geillo , Maieſtate *regiæ* «
cognationis Theodoricus anteibat, in huncque, «
cui etiam Saxonia Prouincia data ab Rege «

» *erat, omnis gloria rei bene fælicitérque geſtæ*
» *verſura erat.*

Idem Theodoricus cùm longè poſt, Carolus in Hunnos expeditionem paraſſet, circa annũ 791. vnà cum Alafredo partem exercitus duxit. Teſtibus iiſdem Paulo Æmilio, lib. 2. Supplente Aimoinum, lib. 4. cap. 82. qui ſic ait, Bi-
» *partito exercitu iter agere cæpit, cuius partem*
» *Theodorico* Comiti, *&* Megnisfrido Came-
» *rario ſuo committẽs, eos per aquilonarem Da-*
» *nubij ripam iter agere iuſſit. Ipſe cum alia par-*
» *te, quam ſecum retinuit, auſtralem eiuſdem flu-*
» *minis ripam, Pannoniam petiturus, occupauit.*
» *Et Vrſpergenſe, qui ſub anno, 791. dicit, Ca-*
» *rolus autem de Vormacia mouens exercitum,*
» *Baioariam tetendit, ea intentione vt Hunnis*
» *bellum inferret, diuiſo exercitu Theodoricum*
» Comitèm, *& Meginfridum* Camerarium
» *ſuum cum vna parte per aquilonare Danubij*
» *latus ire iuſſit, Ipſe cum altera per auſtrale de-*
» *ſcendit.*

Hunc Childebrandi *filium fuiſſe nõ eſt vti-*

que ambigendum, cùm Paulus Emilius diligẽtiſſimus ſcriptor, vt ſupra retulimus, dicat illum Caroli Magni cognatum, Pauloque Emilio ſint conteſtes, qui ſupplet Aimoinum his verbis, lib. 4. cap. 74. dum de eadem expeditione loquitur, Qui cum iuſſa facturi, Saxoniæ fuiſſent fines ingreſſi, compererunt Saxones ex cõſilio Witichindi ad bellum Francis inferendũ eſſe præparatos, omiſſoque itinere quo ad Sclauos ituri erant, cum orientalium Francorum copiis ad locum, in quo Saxones audierant congregatos, ire contendunt, quibus in ipſa Saxonia obuiauit Thedoricus Comes propinquus Regis cum his copiis, quas, audita Saxonum defectione, raptim in Ribuaria congregare potuit.

Et Autor annalium geſtorum a Pipino Carolo & Ludouico, in geſtis Caroli, ſub anno, 782. ſic de eademmet expeditione referens. Qui ſtatim accitis ad ſe tribus miniſtris ſuis, Adalgiſo Cubiculario, Geillone Comite ſtabuli, & Guorardo Comite Palatij præcepit vt

» *ſumptis ſecum orientalibus Francis, atque Sa-*
» *xonibus contumaciam Sclauorum audaciam-*
» *que comprimerent: qui cum iuſſa facturi Sa-*
» *xoniæ fines ingreſſi fuiſſent, compererunt Sa-*
» *xones ex conſilio Witikindi ad bellum Fran-*
» *cis inferendum eſſe paratos: omiſſóque itinere,*
» *quo ad Sclauos ituri erant, cum Orientalium*
» *Francorum copiis, ad locum, in quo audierant*
» *Saxones congregatos ire contendunt, quibus*
» *in ipſa Saxonia obuiauit Theodoricus propin-*
» *quus Regis, cum iis copiis, quas audita Saxo-*
» *num defectione, raptim congregare potuit. Et*
» *inferius loquẽs de Adelgiſo Geillone, & Guo-*
» *rardo. Habito inter ſe colloquio, veriti ſunt ne*
» *ad nomen Theoderici victoriæ fama tranſiret,*
» *ſi eum in eodem prælio ſecum haberent: ideoq;*
» *ſine eo cum Saxonibus congredi decernunt.*

Nulla autem propinquitas, vel ſanguinis cognatio Caroli illis temporibus reperiri poteſt, quæ à Childebrando non deſcendat, vt ex autoribus, qui de rebus illorum temporum dicunt, apertè conſtare poteſt. At vt apertius demonſtretur,

ſtretur, Sanctus Arnulphus, vt diximus, tres reliquit filios, Angegiſum patrem Pipini Craſſi; Clodulphum patrem Martini, & Walgiſum patrem Sancti Wandragiſilli. Sanctus Wandragiſillus obiit ſine filiis. Martinus filiũ habuit vnicum, qui ſaltem prolem habuerit, Childebrandum: & vnam filiam, quæ nupſit Carolo Martello, Pipinus Craſſus ex vxore Plectrude filios habuit Drogonem, & Grimoaldum, & ex Alpaide Carolum Martellum. Carolus Martellus ex ſorore Childebrandi tres filios habuit: Carolomannum, qui monachum ſe reddidit. Ægidium, qui fuit Epiſcopus Rothomagenſis, & horum neuter filios habuit: & Pipinum Breuem, qui pater fuit Caroli Magni, ac ex Suanachilde Bauara Griphonem, qui pluries in fratres rebellis, in alpibus occiſus fuit, vnica relicta filia Suanhailde, quæ prolem ipſa non reliquit. Grimoaldus alter filius Pipini Craſſi filios non habuit. Drogo verò reliquit Theobaldum, & Sonichildem, filium, & fi-

liam; qui ambo ſine prole deceſſerunt.

Aut igitur Theodoricus Caroli Magni propinquus cognatúſque non fuit, aut cognatio, & propinquitas proueniebat ex Childebrando: ex aliis enim prouenire non potuiſſet: vt eſt enumeratione omnium demonſtratum: & contrarium aut non demonſtrari, aut vix demonſtrari poſſe, quiſque in ſcriptoribus illorum temporum mediocriter verſatus facilè depræhendet. At erat Theodoricus Caroli propinquus & cognatus, vt teſtantur Paulus Æmilius, qui ſupplet Aimoinum, & Autor annalium geſtorum à Pipino, & Carolo, euincitur itaque Theodoricum Childebrandi filium extitiſſe. Euincitur præterea dum dicitur à Paulo Æmilio Theodoricum Maieſtate *Regiæ cognationis Geillonem* Magiſtrum *equitum anteire.* Magiſter *enim equitum in Francia primas partes ſemper habet, & maximè in rebus bellicis, dum non adeſt qui ſit ex ſanguine regio, quia ſi is adeſt, & equitum Magiſter, & quiuis alius, regij ſanguinis ratione*

poſtponitur. Cùm igitur Theodoricus Geillonem Magiſtrum equitum anteiret, aderat neceſſario in Theodorico ipſo ſanguis regius, cuius maieſtate ipſe pollens Magiſtro *equitum prælatus erat; cuiuſue fulgore ſuam gloriam obnubilari collegæ timebant. Et cùm is ſanguis aliũde in eum deſcendiſſe non potuerit, quàm traduce* Childebrando, *vt eſt oſtenſum, teſtimonio inuincibili confirmatur* Theodoricum Childebrandi *prolem fuiſſe: & propterea duplicem cum* Carolo *Magno cognationem habuiſſe, alterã, quia Pipini mater, & auia* Caroli Magni *Theodorici amita erat, alteram potentiorem, quia per mares ambo à Sancto Arnulpho deſcendebant, & ideò vndique & cognationis & ſanguinis vinculo Theodoricus Carolo* Magno *iunctus erat: vt non immeritò dixerit Paulus Æmilius, Theodoricum,* Maieſtate *Regiæ cognationis,* Geillonem Magiſtrũ *equitum anteire. Quòd & vrgentiſſimis teſtimoniis confirmari poteſt: Autor enim libri, cui titulus eſt* Mater *hiſtoriarum & cronicarum*

Franciæ lib. 4. fol. 54. 2. volum. dum cladem refert apud Ronciſuallem à Francis acceptam & dicit Theodoricum ſingulari certamine occidiſſe Pinabellum, nominat illum Thierri l'Ardennois. Nicolaus Ægidius in 1. volum. cron. Eundem dicit etiam Thierri l'Ardennois, dum narrat eandem cladem, & refert idem ſingulare certamen. & Ioannes *Turpinus in vita* Caroli & Rolandi, *cap.* 11. *inter Duces, qui in expeditionem Hiſpanicam (in qua ipſe Turpinus interfuit)* Carolum *ſequuti ſunt, refert eumdem* Theodoricum, & *aſſerit ſingulari certamine occidiſſe Pinabellum: licet illum cognomine dicat Iuonium. At* Comitatum *Ardennenſem conſequutum fuiſſe Martinum* Clodulphi *filium iure vxoris ſuæ Beatricis, poſt mortem illius patris Hydulphi, illúmque cum paterno Ducatu Moſſellanico deueniſſe ad* Childebrandum *Martini filium. lib. 2. dum de ipſis loquitur, ſub* Epiſcopis Gereberto, & Armonio, *autor eſt* W*aſſemburgus: & oppidum Iuoy aut in Ducatu Moſſellanico, aut in*

Digitized by Google

Ardennenſi Comitatu fuiſſe non eſt vtique dubitandum, cùm idem oppidum inter Moſam & Moſellam fluuios, & vel in ipſa ſylua Ardenna, vel non longè ab illius finibus adhuc hodie ſitum videatur. Theodoricus igitur ideò dicebatur l'Ardennois, quia aut Comes *Ardennæ, aut Ardennæ* Comitis *filius erat: & Iuonius ideò dicebatur à Turpino, quia aut talis dictus fuit dum viueret pater: aut quia filius erat poſtgenitus: &* Oppidi *Iuoy Dominus, vel à viuente patre, vel iure ſecundogenituræ à fratre primogenito conſtitutus fuerat, & non dum* Saxonicam *Præfecturam aſſecutus erat, vt denominari ab illa tunc potuiſſet. Et vtcumque ſit, dum dicitur vel Ardennenſis, vel Iuonius, à Martino &* Childebrando *deſcendiſſe luce clarius demonſtratur.*

Scio poſſe dici, his autoribus non multum fidei tribuendum eſſe, cũ ea, quæ de Ron*ciſualenſi clade referunt, fabuloſa plus nimis ſint & rithmis potius decantanda quàm inſerẽda in hiſtoriis: ſed profiteor nolle me ea neque*

defendere, neque impugnare, idque duntaxat aſſerere velle, quod ſiue vera ſint ſiue falſa, quæ narrantur, qualitates nihilominus ac nomina illorum, qui in expeditione & clade illa interfuiſſe dicuntur, vera ſunt & non ficta: cum multi graues fideique probatæ ſcriptores eadem fere omnia paſſim referant. Nam, quemadmodum ea multa, quæ ab his & ab Italicis Poetis fabuloſè de Rolando Caroli Magni ex ſorore nepote dicuntur, minimè faciunt, quin Rolandus verè fuerit Caroli nepos, & verè nominatus Rolandus, & in ea clade perierit: Sic nec quæ de Theodorico dicuntur, ſi quæ fabuloſè ibi dicta reperiãtur, facere poſſunt, quin vere ipſe nominatus furit Theodoricus, quin in clade illa interfuerit, & quin Ardennẽſis Iuonius ex patriis & auitis Dominis & Principatibus dictus verè fuerit, & ex Ardennenſibus Principibus vero Stemmate proceſſerit. De expeditione verò Hiſpanica, & Clade in Ronciſualle accepta, dicunt omnes, qui vel Caroli geſta, vel illorum temporum, aut Fran-

corum, aut Hiſpanorum, hiſtoriam ſcribunt, licet diuerſis temporibus illam referãt. De qua ſic Ioannes Vaſeus in Cronicis Hiſpaniæ, ſub anno, 809. Hoc anno aiunt Carolum accepiſſe cladem illam inſignem apud Ronciſuallem, in qua multa Galliæ nobilitas cecidit. Sed ea clades ita varie ab autoribus refertur, dum alij dicunt in acceſſu factam, quando Hiſpanos, qui Alfonſo Regi regnum ipſi deferenti refragabantur, oppugnatum venit. Alij geſtis in Hiſpania rebus, in reditu offendiſſe. Vt vt eſt, illud inter omnes ſcriptores, tam Hiſpanos quã Gallos conſtat, Carolum Magnum in ſaltibus Pyreneis inſigni clade affectum, cæſis aliquot Ducibus ipſius, in quibus Rolando Caroli ex ſorore nepote, & aliquot ex iis, quos Franciæ pares appellant. Et in Genealogia Regum Hiſpaniæ, ſub Alfonſo, 2. Caſto, anno 780. de eadem clade dicitur. In quo prælio ceciderunt duodecim Palatini, idque proditione ac dolo Galli cuiuſdam Comitis Gani nomine, ex Francis verò, ſcriptoribus Aimoinus, ſiue

illius primus Auctor, qui vixit tempore Ludouici Pij, vt ſuperius oſtendimus, poſtquā lib. 4. cap. 72. Caroli res proſperè geſtas in Hiſpania retuliſſet, ait, Ac regredi ſtatuens Pyrenei
» *ſaltū ingreſſus eſt: in cuius ſummitate Vaſcones, inſidiis collocatis, extremum agmen adorti, totum exercitum magno tumultu perturbant: & licet Franci Vaſconibus tam armis quàm animi præſtare viderentur, tamen & iniquitate locorum, & genere imparis pugnæ, inferiores effecti ſunt. In hoc certamine plurimi aulicorum, quos* Rex *copiis præfecerat, interfecti ſunt: & direpta impedimenta. Autor geſtorum à* Pipino, *Carolo, & Ludouico, in geſtis* Caroli, *ſub anno, 778. eam refert iiſdem verbis, quibus* Auctor *Aimoini, & ideo illa hic inſerere ſuperſedeo. At Eginhartus* Caro-
» *li Magni Alumnus atque à ſecretis, in vita ipſius* Caroli, *ſic illam deſcribit, Hiſpaniam quàm maximo poterat belli apparatu aggreditur; Saltúque Pyrenæi ſuperato, omnibus quæ adierat* Oppidis *atque caſtellis in deditio-*

nem acceptis, ſaluo atque incolumi exercitu reuertitur. Præter quod in ipſo Pyrenæi iugo Vaſconicam perfidiam parumper in redeundo contigit experiri: Nam cum agmine longo, vt loci & anguſtiarum ſitus permittebat, porrectus iret exercitus, Vaſcones in ſummi montis vertice poſitis inſidiis (eſt enim locus ex opacitate ſyluarum, quarũ maxima eſt ibi copia, inſidiis ponendis opportunus) extremam impedimentorum partem & eos qui nouiſſimo agmine incedentes, ſubſidio præcedentes tuebantur, deſuper incurſantes, in ſubiectam vallem deijciunt: confertóque cum eis prælio, vſque ad vnum omnes interficiunt: ac direptis impedimentis, noctis beneficio, quæ iam inſtabat, protecti, ſumma cum celeritate in diuerſa diſperguntur. Adiuuabat in hoc facto Vaſcones & Leuitas armorum, & loci in quo res gerebatur ſitus, è contra Francos & armorum grauitas, & loci iniquitas per omnia Vaſconibus reddidit impares. In quo prælio Eghartus regiæ mẽſæ præpoſitus, Anſhelmus comes palatij, &

» *Rutlandus Britannici littoris præfectus, cum aliis compluribus interficiuntur.*

Sint igitur ea fabuloſa quæ multa in ipſa clade interueniſſe narrantur: veram nihilominus cladem fuiſſe, & in ea, Theodoricum interfuiſſe, ex dictis demonſtratur: Ita, quoque & verum eſſe eiſdem probatur, quòd ex Martino, & Childebrando *idem Theodoricus deſcenderit, poſtquàm omnes illum ex cognominibus* Principatuum, *qui Martini* & Childebrandi *fuerunt, nominant atque demonſtrant.*

Hic, ni fallor, vxorem duxit Witichindi ſaxonum Principis *filiam, tunc, cùm* Witichindus *longo exilio feritatem maturaſſet,* & tactus *corde tandem ad* Carolum veniſſet, & *ab eo admotus ad fontem, Sacroſanctæ aquæ Lauacrum recepiſſet, de qua re teſtimonium dicunt, Vrſpergenſis, cuius verba ſupra recitauimus, & Sigibertus, ſub anno. 785.* Witichin-
» *dus & Albion* Duces *Saxonum Carolo re-*
» *conſiliati baptizantur, & motus Saxonum*

reprimuntur. Sed clarius Albertus Krantius, qui miraculum, quod tunc interueniſſet, etiam addit. lib. 2. cap. 23. Sed cùm iam annus Chriſtianæ ſalutis poſt ſeptingentos octuageſimus quintus ageretur, & iam tempus veniſſet ab alto miſerandi, Wedkindus viſitatus à Domino ad lumen reſpexit, & iuncto ſecum Albione viro primario, qui trans Albim dominaretur, in ea, quæ nunc eſt Holſatia, interueniente ex aulicis quodam ad Regem Carolum, qui ad Viſurgum Caſtra habebat, perducitur, Chriſti baptiſmum iam ſponte depoſcens, tradunt nonnulli, quod ſupra ſignificauimus, Regem tunc in Bardeuuico conſediſſe, cùm ad eum Wedekindus peruenerit. Alij etiam adiiciunt in Minda fuiſſe illi ſalutis initium: tradunt enim Ducem ſcrutandi auidum, lembo per pronum flumen deuectum, lacero habitu inter ſtipem poſcentes conſediſſe, cumque ſacratiſſimo die paſchæ, ex more Chriſtiano, omnes ſacram communionem ſubirent, vidiſſe Wedekindum ad os Regis ludibundi ſpeciem

Digitized by Google

» *pueri, eoque conterritum miraculo, Chriſtiana*
» *ſacra poſtulaſſe, Rex ſuſceptos in gratiam iuſ-*
» *ſit baptizari, ipſe ſuis manibus Wedekindum*
» *honoris gratia ſubſtollens, inde Saxonia iam*
» *pacata quieuit, & ſemel ſuſceptam fidem nun-*
» *quam reiecit.*

Nec quòd tunc huius filiam Theodoricus vxorem duxerit abhorret à verò: cùm nil appoſitius vel ad ſanandum vlceratum Witichindi animum, vel ad permulgendam gentis ferociam, vel ad firmandam eiuſdem inconſtantiam, fieri, excogitari ve potuerit, quàm vt Theodoricus Carolo Imperatori ſanguine iunctus, Witichindi gentis facile Principis filiæ matrimonio iungeretur. Idem diu antea Cæſar & Pompeius, Octauius & Antonius fecere. Quorum Cæſar Pompeio filiam Iuliam, & ea mortua, Octauian ſororis ſuæ neptem, C. Marcello deſponſatam, vxores dedit: Antonius Octauiam minorem Octauij ſororem, & Octauius Claudiam Iuluiæ filiam Antonij priuignam duxere vxores. Idem eſt Caro-

lus Caluus poſtea imitatus, cum Gothifrido Nortmannorum Duci tunc Franciã vexanti, vt pax firmaretur, Egidiam Lotharij Regis nepotis ſui filiam in matrimonium dedit. Et Carolus ſimplex, qui non longè poſt Rolloni, vt Gaguino placet, lib. 5. ſub Carolo ſimplice, filiam ſuam etiam Egidiam dedit vxorem. Et idem fecerunt hac noſtra tempeſtate ſummi Principes Carolus, Franciſcus, Henricus, & Philippus, dum Carolus, firmata pace, Eleonoram ſororem Franciſco daret, & Philippus Henrici filiam Eliſabetam vxorem duceret.

Theodoricus ex ea quam diximus Witichindi filia filium reliquit nomine Robertum: Hinc vt ſupra retulimus ait Vrſpergenſis. Hic patrem habuit Ruotpertũ, auum verò MATERNVM Witichindum: dum de Odone Roberti filio loqueretur.

Robertus Theodorici filius floruit ſub Carolo Caluo à quo (vt ſupra oſtendimus) contra Britannorum Nortmannorúmque incurſus

Marchiam Aquitanicam eſt conſecutus, & pugnans contra Nortmannos fortiter occubuit. de quo Sigibertus, ſub anno, 866. Nortmanni
» *Galliam repetentes, Nannetis, Andegauis,*
» *Pictauis, & Turonis terminos depopulantur:*
» *quibus occurſantes* Dux *Aquitaniæ* Ranul-
» *phus, &* Robertus *fortis Marchio, dum ipſi*
» *incautè præliantur, perimuntur.* Et Otto *Fri-*
» *ſingenſis, lib. 6.cap.3. Eodem tempore Nort-*
» *manni per Ligerim Nannetenſem, Turonen-*
» *ſem, Andegauenſem Prouinciam vaſtantes,*
» Robertum *Ducem occurentem ſibi occidunt.*
» *Et Regino, lib.2.* Anno *Dominicæ incarnatio-*
» *nis, 867. Nortmāni oram Ligeris fluminis oc-*
» *cupantes Nannetenſem, Andegauenſem, Pi-*
» *ctauenſem, atque Turonicam Prouinciam ite-*
» *rato crudeliter depopulari cæperūt, contra quos*
» *Rutbertus, qui* Marchiam *tenebat, &* Ranul-
» *phus* Dux *Aquitaniæ, collecta multitudine,*
» *aciem dirigunt. & Paulo inferius, Rubertus*
» *abſque galea & lorica accurrens, cùm incau-*
» *tius dimicaret, & inimicos vltra inſequere-*

tur, interfectus eſt.

Hic tum ob patris Soxonicam Præfecturã *Saxonicique cognomen, tum quia ob id ab Auctore Æimoini dictus fuerit Saxonici generis, tum quia ſub ipſa forſan Præfectura Saxoniæ natus erat, aut forſan in ea patri ſucceſſerit, vt ſupra Blondus autor eſſe videtur, tum etiam ex origine matris, Saxo genere fuit ab omnibus poſterioribus ſeculis exiſtimatus. At id verum non eſſe eſt ſatis clarè ſupra demonſtratum, & eſt tum ex vrgentiſſimis rationibus, tum ex Boccatio, Paulo Æmilio, & Andrea monacho, tum ex dictis Witichindi, Vrſpergenſis, & Reginonis, qui temporibus illis, vel paulo poſt ſcripſere, omnino & apertè etiã euictum, Robertum & poſteriores ex Francis* Orientalibus, ſancto Arnulpho, & *ſanguine regio, non autem ex Saxonibus extitiſſe. Et cũ ex* FrãcisOrientalibus, *& ſancto Arnulpho ab aliis deſcendere non potuerint quàm à* Childebrando, & Theodorico, *vt eſt de ipſo* Theodorico, *enumeratis maioribus, ſupra demonſtra-*

tum, procul omni dubio verè eſt etiam oſtenſum, Robertum & poſteriores, Principes Francos & non Saxones, Childebrandi, & Theodorici proles fuiſſe. Idque probatione nobili roboratur: Theodoricus enim poſt Saxonicam Præfecturam, cùm eſſet penitus pacata Saxonia, aut ab eodem Carolo Magno, aut, quicquid dicant annales Andegauenſes, à Ludouico Pio, cùm Britones tumultuari cæpiſſent, Andegauenſi Comitatui præpoſitus etiã fuit, & nonagenarius ferè, vt annales Andegauenſium, ſub ipſius Theodorici comitatu teſtantur, Andegaui fuit à Nortmannis occiſus. Huncque Theodoricum, de quo Andegauenſium Annales loquuntur, eundem illum eſſe, de quo dicunt Autor Cron. Franciæ, Nicolaus Egidius, & Turpinus, vt ſupra retulimus, ex eo demonſtratur, quod Andegauenſium annales idem referunt ſingulare certamẽ inter Theodoricum comitem Andegauenſem & Pinabellum, poſt cladem in Ronciſualle acceptam, quod illi dicunt inter Theodoricum

Iuonium

Iuonium ſeu Ardennenſem & Pinabellum interueniſſe: vt propterea apertiſſimè conſtet, omnes de perſona, & vt dialectici dicunt, de identitate eiuſdem Theodorici conuenire: licet alij illum fratrem Rolandi, *alij Iuonium, & alij Ardennenſem, diuerſis rationibus, dicant. Et ſi, qua ratione Andegauenſium annales illum fratrem* Rolandi *dicant (ſi de fratre germano intelligant) non vtique videam, cùm ex aliis hiſtoriis, quas viderim, non conſtet* Rolandum *fratrem habuiſſe, qui Theodoricus diceretur, & colligatur ex eadem hiſtoria Turpini* Rolandum *vnicum duntaxat fratrem* Balduinum *habuiſſe. Et quamuis temporis ratio dictis conuenire parum videatur, qui nihilominus Theodorici maiorum longeuam ætatem inſpexerit, minimè tempus refragari facillimè claréque cognoſcet.* Clodulphus *enim Theodorici proauus, vt ex cronico Treuerenſi, ſub Hilduino Epiſcopo, dum de antiquo Lotharingorũ Ducatu quærit, lib. 3. notat* Waſſemburgus, *anno ſuæ ætatis tertio & centeſimo è viuis ex-*

N

ceſſit. Martino auo, vt eſt nimis notum, non Natura, ſed Ebroini impietas vitam abſtulit, poſtquàm vltra triginta ſeptem annos à patris cælibatu, dominatus fuiſſet. Childebrandus, vt de vtroque autor eſt idem Waſſemburgus, ſub Giſloaldo & Agreberto Epiſcopis, poſt mortem patris, & fratris, vt ipſe dicit, abdicationem, præfuit Principatibus per annos quinquaginta octo, & in maxima ſenectute in heremo obiit. Et hunc ipſum Theodoricum, ætate decrepita, & vltra octuageſimum agentem annum, occiſum fuiſſe à Nortmannis innuit, vt diximus, Paulus Æmilius, & ipſi Andegauenſium annales, vbi ſupra, teſtantur. At cum idemmet Andegauenſis Comitatus eo tempore, quo cæperũt Ducatus & Comitatus ad poſteros tranſmitti, fuerit Roberto commendatus, nonnè manifeſtè apparet Robertũ illius in comitatu ſucceſſorem, illius etiam filium extitiſſe? Qui eumdem Comitatum patris ſanguine madentem, ſanguine proprio, ac obita quoque in illius defenſione morte, ſuis poſteris

addixit, affectúmque reddidit adeò, vt cùm ipſo à Nortmannis occiſo comitatus non filiis, ſed Hugoni Abbati daretur, cur non daretur filiis rationem reddit Regino, ac ſi illis ita debitus fuiſſet; vt abſque illorum iniuria aliis commendari minimè potuiſſet; quàm vtique rationem non niſi inſipide reddidiſſet, ſi Robertus Theodorici filius, & à multis maioribus Francus non fuiſſet. Si enim Witichindi extitiſſet filius, cùm per ſex duntaxat annos ipſe in Frãcia moram traxiſſet, vt eſt ſupra probatum, tantum abeſt vt id tempus ad ſuæ familiæ affectandam illius Comitatus defenſionem, fuiſſet ſufficiens, vt nec ad contrahendum ibi domicilium fuiſſet ſatis.

Et nihilominus poſt Hugonis mortem, comitatus vt à Roberto affectus, fuit illius filio Odoni iam adulto reſtitutus. Dicit igitur Regino, cùm Ducatus Hugoni Abbati datus eſſet; lib. 2. poſt Roberti mortem. Si quidem Odo & Rubertus, filij Ruberti adhuc paruuli erãt, quando pater extinctus eſt, icçirco non eſt illis

N ij

» *Ducatus commiſſus. Et inferius, ſub anno.*
» *887. Eodem tempore Hugo Abbas magnæ*
» *pietatis vir, & magnæ prudentiæ* Aurelianis
» *moritur, & apud ſanctum* Germanum *An-*
» *tisbduro tumulatur. Ducatus, quem tenuerat,*
» *& ſtrenuè rexerat,* Odoni *filio* Rudberti *ab*
Imperatore *traditur. Mitto quòd cùm* Ro-
berti filiis ob immaturam ætatẽ Ducatus no
daretur, non alicui alterius familiæ viro, ſe
Hugoni *Abbati, qui à multis* Roberti *frate*
habitus eſt, commendatus fuit: vt ex cron. Di-
uionenſi in ſuo cron. Burgundiæ, ſub anno. 867
» *Nicolaus Vignerius ſic teſtatur. Nortmannis*
» *Nannetum Turonúmque fines populantibus,*
» *Ranulphus* Aquitaniæ Dux, & Robertus
» *Andium Comes infeliciter occurrentes occiſi*
» *ſunt. Quapropter ipſi Roberto in Præfectura*
» *ligerina* Hugo *(Abbatis nomine) hiſtoricis*
» Gallicis *tantopere celebratus, ſucceſſor datus*
» *eſt. iuxta annal. veter. &* Reginonem. *Cro-*
» *nicon autem* Diuionenſe *Hugonem* Roberti
» *fratrem fuiſſe tradit:* Roberti Odonem *&* Ro-

bertum filios fuiſſe conſtat.

Clarum eſt igitur ex dictis Robertum Comitem Andegauenſem Theodorici Andegauenſis comitis filium fuiſſe, & principem Frācum: licet à Præfectura patris Saxonica ab aliquibus Saxonici generis dictus fuerit, & propterea errore Saxo exiſtimatus.

Verum enim vero vt Capeti poſteriores, qui vtriuſq; Siciliæ, Vngariæque Regna ſunt cōſequuti, non ideò minus ex Capetorum regio genere fuere, quia ex Regnis & Prouinciis, quibus imperarunt, alij Siculi, alij Vngari, alij Dyrachij, Tarentinique alij fuerunt appellati: Vt nec qui ab annis ducētis quinquaginta imperarunt Reges ſunt ideò minus Capeti poſteriores cenſendi, quia à Valeſio Principatu ſunt appellati Valeſij: Vt ve nec ſereniſſimi Franciſci, Ducis Andegauenſis, filij nepoteſque & qui ab illis naſcentur, ex Capetorum regio genere propterea minus erunt, quia futura ſecula illos ab Andegauenſi Ducatu nominabunt Andegauenſes: Ita nec Robertus nec Poſte-

riores illius, quia, aut ex eo, quòd eorum maiores, ipſiue Saxoniæ præfuerint, aut ex eo, quòd in Saxonia nati ſint, aut ex eo, quòd matrem ex Saxonia habuerint, Saxonici dicti fuere, nihilominus Franci, Francorumque de regio ſanguine extiterunt: Vt indubitatum propterea & id ſit, quod ſummus Pontifex Innocentius dixerit: nempe quòd Philippus Auguſtus ex eodem deſcenderit genere, ex quo Carolus Magnus prius etiam deſcendiſſet.

Hic tres reliquit filios, Odonem, quem alij Eudonem, & alij Ottonem dicunt, Robertum, & Theodoricum. Et licet Paulus Æmilius quartum filium huic tribuere videatur, dum lib. 3. dicit, » Simplex coacto concilio diuitias » Pontificum ſanctas eſſe conſtituit, cænobiorum » libertas ſanciri non dum poterat, quòd eorum » facultatibus Robertus Magiſter equitum, & » Hugo fratres milites alebant. Nihilominus Hugonem Roberti filium nō fuiſſe ex ſcriptoribus, qui temporibus ferè illis ſcripſerunt, præcipuè verò ex Reginone, cuius verba ſuperius

retulimus, clarè ſatis oſtenditur. Et aut ſenioris ipſius Roberti *frater fuit, vt ſupra retulit Nicolaus Vignerius, aut, vt coniectari ex coniectione, quam cum Roberti filiis habuit, fuit illius conſanguineus, & vt Lazius refert illius filiorum tutor, de quo lib. 3. de Cimmeriis, in Genealogia Marchionum Andanenſium, licet plura ibi erronea dicat, ait. Otho* Ruperti *filius cum fratre* Ruperto *diu* "
ſub tutela Abbatis Hugonis, qui Lotharingiã "
gubernabat, conſtituti. "

Theodoricus fuit comes Eduenſis, & filium habuit Richardum, *& hic forſan ille Theodoricus fuit, de quo ſub anno. 822. ait Vrſpergenſis, Pipinum verò filiũ ſuum Imperator (Lu-* "
douicus Pius is eſt) in Aquitaniam *miſit, cui* "
filiam Theodorici Comitis *Matricenſis iun-* "
xit. At quia hoc ad inſtitutum noſtrum parum facit, affirmare ſuperſedeo.

Richardus Theodorici filius fuit Dux Burgundiæ, & duos filios habuit, Rodulphum, *qui cedente* Carolo *ſimplice, ac promouente Hu-*

Digitized by Google

gone Magno, Rex Franciæ creatus fuit, & Giſilbertum, qui fuit Dux Burgundiæ, & vnicam habuit filiam, quæ iure ſuo Ducatum Burgundiæ in Ottonem, virum ſuum, ac Hugonis Capeti fratrem, tranſtulit, vt ex Paulo Æmilio, lib.3. ſub Rodulpho Burgundo, & Hugone Capeto, ex Gulielmo Paradino, cuius verba ſupra recitauimus, & ex Vgone Gemblacenſe, lib.6. cap.19. clarè ſatis videri poteſt.

Odo fuit Comes Pariſiorum, inde tutor Caroli ſimplicis, & Regni Rector, & tandem à Proceribus vniuerſis Rex Franciæ proclamatus, teſtibus, Gaguino, lib.5. ſub Ludouico & Carolono, Sigiberto, ſub anno, 890. Ottone Friſingenſe, lib.6. cap.x. & Vgone Gemblacenſe, qui lib.6. cap.19. dicit, » Poſt hoc defunctus » eſt Ludouicus Rex Franciæ filius Caroli Calui, » relinquens filium ſuum paruulum Carolũ » nomine, qui Simplex appellatur, cum Regno » in cuſtodia Odonis Principis. Eodem tempore » gens incredula Nortmannorum per Gallias

Digitized by Google

ſeſe diffudit, cedibus, incendiis, atque omnis crudelitatis genere debachata. Deinde Franci, Burgundiones, & Aquitanienſes, Proceres congregati in vnum, Odonem Principem elegere ſibi in Regem. Obiit anno, 899. nullo relicto filio.

Robertus Odonis frater, & Superioris Roberti alter filius, autore Paulo Æmilio, lib.3. ſub Odone, Magiſter equitum fuit, inde poſt fratris mortem, in ſpem erectus, receptusq; à proceribus Rex, diu contra Carolum ſimplicem Regni ſimultatem geſſit, & tandem contra illum pugnans, ſub anno 922. dum iam victor eſſet, occiſus fuit, Teſtibus, Sigiberto, ſub anno 922. Vrſpergenſe, ſub anno 897. & 920. & Vgone Gemblacenſe, lib.6. cap.19. Is vnicum reliquit filium, nomine Hugonem.

Hugo, qui Magnus cognominatus fuit, fuit Magiſter equitum, Comes Pariſiorū, ac Dux Francorum, teſtibus, Paulo Æmilio, lib.3. ſub Ludouico Tranſmarino, Vgone Gemblacenſe, dicto cap.19. & ſupplente Aimoinum,

» *lib. 5. cap. 43. Sequenti quoque menſe pridie*
» *Idus Nouembris Lotharius filius eius* (*dicit de*
» *Ludouico Tranſmarino*) *iam iuuenis vnctus*
» *eſt in* R*egem: &* Hugo Ma*gnus factus eſt*
» *Dux Francorum. Hic in vindictam patris*
ſui R*oberti, à militibus* C*aroli ſimplicis occiſi,*
C*arolum ipſum regno priuari, carceribus confi-*
ci, ac R*odulphum Burgundum agnatum ſuum*
in R*egem Franciæ creari curauit. De quo Vr-*
» *ſpergenſis, ſub anno. 897.* C*uius filius Hugo*
» *ob necem patris* R*egi ſemper infenſus, conſilio*
» *ſuo egit per quoſcumque potuit, vt* R*uodulphus*
» *filius* R*ichardi Burgundionis, eo multum re-*
» *clamante* R*ex crearetur, &* C*arolus* R*ex ab*
» *Heriperto eiuſdem cognato, per inſidias cape-*
» *retur, carcerique manciparetur, in quo poſt*
» *quinquennium defunctus eſt. & rurſus, ſub an-*
» *no. 920. Hugo verò filius* R*uperti adhuc ado-*
» *leſcens egit apud quoſcumque potuit, maximé-*
» *que apud Heribertum cognatum ſuum, qui*
» *erat Vnus ex Magnatibus, vt in deiectionem*
» C*aroli, loco patris ſui alius* R*ex crearetur,*

ſeipſum verò promoueri nolebat, quia patris «
interfectio illud diſſuadebat. igitur conuocatis «
Principibus Rudolphum Richardi *Burgun-* «
dionis filium, ſatis eo reclamante, Regem *con-* «
ſtituunt. Idem Hugo vxorem habuit Hauidem Henrici Regis *filiam*, & Ottonis 1. *Imperatoris ſororem, teſte Sigiberto, ſub anno.* 965.
Otto Imperator *penthecoſtem Aquiſgrani ce-* «
lebrauit, concurrentibus ibi à Francia ſorori- «
bus ſuis, Regina *videlicet* Francorum *Gerber-* «
ga, matre Lotharij Regis, & Caroli Ducis, «
& Hauuide *vxore Hugonis* Comitis *Pari-* «
ſiorum. Quorum filius fuit Hugo, qui poſtea «
regnauit in Francia. «

Hic tres reliquit filios, Hugonem *Capetum primogenitum, qui, vt ſupra Sigibertus ait, regnauit in Francia, & regnum in euum permanſurum in ſuos poſteros tranſmiſit.*

Secundus eius filius fuit Otho, *qui cum Giſilberti* Ducis *Burgundiæ filiam in matrimonium duxiſſet, ex teſtamento ſoceri Dux* Burgundiæ *eſt effectus.*

Digitized by Google

Tertius fuit Henricus, qui poſt mortem fratris ſui Othonis, & ipſe eſt etiam conſequutus Burgundiæ Ducatum.

De quibus omnibus, tum poſterioribus, tum maioribus ab Odone, cùm multi ſint, qui ad ſatietatem vſque pertractent, latius dicere è re noſtra non iudicauimus. At cùm id, quod propoſuimus, ſimus proſpere conſequuti, Capetũq; & poſteros commune cùm Carolo Magno genus habere plenè iam ſatis, & apertè probauerimus: ſupereſt duntaxat Stemmatis arborem delineemus, vt intuitu etiam oculorum verum id eſſe, quod diximus, quiſquis, etiam mediocriter in rebus verſatus, facile cognoſcere poſſit.

FINIS.

52770

Digitized by Google

Digitized by Google

tum, procul omni dubio verè eſt etiam oſtenſum, Robertum & poſteriores, Principes Francos *&* *non* Saxones, Childebrandi, *& Theodorici proles fuiſſe. Idque probatione nobili roboratur:* Theodoricus *enim poſt Saxonicam* Præfecturam, *cùm eſſet penitus pacata Saxonia, aut ab eodem* Carolo *Magno, aut, quicquid dicant annales Andegauenſes, à Ludouico Pio, cùm Britones tumultuari cæpiſſent, Andegauenſi* Comitatui *præpoſitus etiã fuit, & nonagenarius ferè, vt annales Andegauenſium, ſub ipſius Theodorici comitatu teſtantur, Andegaui fuit à Nortmannis occiſus.* Huncque *Theodoricum, de quo Andegauenſium* Annales *loquuntur, eundem illum eſſe, de quo dicunt* Autor Cron. *Franciæ, Nicolaus Egidius, & Turpinus, vt ſupra retulimus, ex eo demonſtratur, quod Andegauenſium annales idem referunt ſingulare certamẽ inter Theodoricum comitem* Andegauenſem *& Pinabellum, poſt cladem in* Roncisualle *acceptam, quod illi dicunt inter Theodoricum*

Iuonium

Digitized by Google

Iuonium ſeu Ardennenſem & Pinabellum interueniſſe: vt propterea apertiſſimè conſtet, omnes de perſona, & vt dialectici dicunt, de identitate eiuſdem Theodorici conuenire: licet alij illum fratrem Rolandi*, alij Iuonium, & alij Ardennenſem, diuerſis rationibus, dicant. Et ſi, qua ratione Andegauenſium annales illum fratrem* Rolandi *dicant (ſi de fratre germano intelligant) non vtique videam, cùm ex aliis hiſtoriis, quas viderim, non conſtet Rolandum fratrem habuiſſe, qui Theodoricus diceretur, & colligatur ex eadem hiſtoria Turpini* Rolandum *vnicum duntaxat fratrem* Balduinum *habuiſſe. Et quamuis temporis ratio dictis conuenire parum videatur, qui nihilominus Theodorici maiorum longeuam ætatem inſpexerit, minimè tempus refragari facillimè claréque cognoſcet.* Clodulphus *enim Theodorici proauus, vt ex cronico Treuerenſi, ſub Hilduino Epiſcopo, dum de antiquo Lotharingorũ Ducatu quærit, lib. 3. notat* Waſſemburgus, *anno ſuæ ætatis tertio & centeſimo è viuis ex-*

ceſſit. Martino auo, vt eſt nimis notum, non Natura, ſed Ebroini impietas vitam abſtulit, poſtquàm vltra triginta ſeptem annos à patris cælibatu, dominatus fuiſſet. Childebrandus, vt de vtroque autor eſt idem Waſſemburgus, ſub Giſloaldo & Agreberto Epiſcopis, poſt mortem patris, & fratris, vt ipſe dicit, abdicationem, præfuit Principatibus per annos quinquaginta octo, & in maxima ſenectute in heremo obiit. Et hunc ipſum Theodoricum, ætate decrepita, & vltra octuageſimum agentem annum, occiſum fuiſſe à Nortmannis innuit, vt diximus, Paulus Æmilius, & ipſi Andegauenſium annales, vbi ſupra, teſtantur. At cum idemmet Andegauenſis Comitatus eo tempore, quo cæperũt Ducatus & Comitatus ad poſteros tranſmitti, fuerit Roberto commendatus, nonnè manifeſtè apparet Robertũ illius in comitatu ſucceſſorem, illius etiam filium extitiſſe? Qui eumdem Comitatum patris ſanguine madentem, ſanguine proprio, ac obita quoque in illius defenſione morte, ſuis poſteris

Digitized by Google

addixit, affectúmque reddidit adeò, vt cùm ipſo à Nortmannis occiſo comitatus non filiis, ſed Hugoni Abbati daretur, cur non daretur filiis rationem reddit Regino, ac ſi illis ita debitus fuiſſet; vt abſque illorum iniuria aliis commendari minimè potuiſſet; quàm vtique rationem non niſi inſipide reddidiſſet, ſi Robertus Theodorici filius, & à multis maioribus Francus non fuiſſet. Si enim Witichindi extitiſſet filius, cùm per ſex duntaxat annos ipſe in Frãcia moram traxiſſet, vt eſt ſupra probatum, tantum abeſt vt id tempus ad ſuæ familiæ affectandam illius Comitatus defenſionem, fuiſſet ſufficiens, vt nec ad contrahendum ibi domicilium fuiſſet ſatis.

Et nihilominus poſt Hugonis mortem, comitatus vt à Roberto affectus, fuit illius filio Odoni iam adulto reſtitutus. Dicit igitur Regino, cùm Ducatus Hugoni Abbati datus eſſet, lib. 2. poſt Roberti mortem. Siquidem Odo & Rubertus, filij Ruberti adhuc paruuli erãt, quando pater extinctus eſt, icċirco non eſt illis

» *Ducatus commiſſus. Et inferius, ſub anno.*
» 887. *Eodem tempore Hugo Abbas magnæ*
» *pietatis vir, & magnæ prudentiæ* Aurelianis
» *moritur, & apud ſanctum* Germanum *An-*
» *tisbduro tumulatur. Ducatus, quem tenuerat,*
» *& ſtrenuè rexerat,* Odoni *filio* Rudberti *ab*
Imperatore *traditur. Mitto quòd cùm Ro-*
berti filiis ob immaturam ætatē Ducatus non
daretur, non alicui alterius familiæ viro, ſed
Hugoni Abbati, *qui à multis Roberti frater*
habitus eſt, commendatus fuit: vt ex cron. Di-
uionenſi in ſuo cron. Burgundiæ, ſub anno. 867
» *Nicolaus Vignerius ſic teſtatur. Nortmannis*
» *Nannetum Turonúmque fines populantibus,*
» *Ranulphus* Aquitaniæ Dux, & Robertus
» *Andium* Comes *infeliciter occurrentes occiſi*
» *ſunt. Quapropter ipſi* Roberto *in Præfectura*
» *ligerina* Hugo (*Abbatis nomine*) *hiſtoricis*
» Gallicis *tantopere celebratus, ſucceſſor datus*
» *eſt. iuxta annal. veter. &* Reginonem. *Cro-*
» *nicon autem* Diuionenſe *Hugonem* Roberti
» *fratrem fuiſſe tradit:* Roberti Odonem & Ro-

Digitized by Google

bertum filios fuiſſe conſtat.

Clarum eſt igitur ex dictis Robertum Comitem Andegauenſem Theodorici Andegauenſis comitis filium fuiſſe, & principem Frãcum: licet à Præfectura patris Saxonica ab aliquibus Saxonici generis dictus fuerit, & propterea errore Saxo exiſtimatus.

Verum enim vero vt Capeti poſteriores, qui vtriuſq; Siciliæ, Vngariæque Regna ſunt cõſequuti, non ideò minus ex Capetorum regio genere fuere, quia ex Regnis & Prouinciis, quibus imperarunt, alij Siculi, alij Vngari, alij Dyrachij, Tarentinique alij fuerunt appellati: Vt nec qui ab annis ducẽtis quinquaginta imperarunt Reges ſunt ideò minus Capeti poſteriores cenſendi, quia à Valeſio Principatu ſunt appellati Valeſij: Vt ve nec ſereniſſimi Franciſci, Ducis Andegauenſis, filij nepoteſque & qui ab illis naſcentur, ex Capetorum regio genere propterea minus erunt, quia futura ſecula illos ab Andegauenſi Ducatu nominabunt Andegauenſes: Ita nec Robertus nec Poſte-

riores illius,quia,aut ex eo,quòd eorum maiores,ipſiue Saxoniæ præfuerint,aut ex eo, quòd in Saxonia nati ſint,aut ex eo, quòd matrem ex Saxonia habuerint, Saxonici dicti fuere, nihilominus Franci, Francorumque de regio ſanguine extiterunt: Vt indubitatum propterea & id ſit,quod ſummus Pontifex Innocentius dixerit:nempe quòd Philippus Auguſtus ex eodem deſcenderit genere, ex quo Carolus Magnus prius etiam deſcendiſſet.

Hic tres reliquit filios,Odonem, quem alij Eudonem,& alij Ottonem dicunt,Robertum, & Theodoricum. Et licet Paulus Æmilius quartum filium huic tribuere videatur, dum lib. 3. dicit, „ Simplex coacto concilio diuitias „ Pontificum ſanctas eſſe conſtituit,cænobiorum „ libertas ſanciri non dum poterat, quòd eorum „ facultatibus Robertus Magiſter equitum, & „ Hugo fratres milites alebant. Nihilominus Hugonem Roberti filium nõ fuiſſe ex ſcriptoribus, qui temporibus ferè illis ſcripſerunt, præcipuè verò ex Reginone, cuius verba ſuperius

retulimus, clarè ſatis oſtenditur. Et aut ſenioris ipſius Roberti frater fuit, vt ſupra retulit Nicolaus Vignerius, aut, vt coniectari ex coniectione, quam cum Roberti filiis habuit, fuit illius conſanguineus, & vt Lazius refert illius filiorum tutor, de quo lib. 3. de Cimmeriis, in Genealogia Marchionum Andanenſium, licet plura ibi erronea dicat, ait. Otho Ruperti filius cum fratre Ruperto diu ſub tutela Abbatis Hugonis, qui Lotharingiã gubernabat, conſtituti.

Theodoricus fuit comes Eduenſis, & filium habuit Richardum, & hic forſan ille Theodoricus fuit, de quo ſub anno. 822. ait Vrſpergenſis, Pipinum verò filiũ ſuum Imperator (Ludouicus Pius is eſt) in Aquitaniam miſit, cui filiam Theodorici Comitis Matricenſis iunxit. At quia hoc ad inſtitutum noſtrum parum facit, affirmare ſuperſedeo.

Richardus Theodorici filius fuit Dux Burgundiæ, & duos filios habuit, Rodulphum, qui cedente Carolo ſimplice, ac promouente Hu-

gone Magno, Rex Franciæ *creatus fuit*, & *Giſilbertum, qui fuit Dux Burgundiæ*, & *vnicam habuit filiam, quæ iure ſuo Ducatum* Burgundiæ *in Ottonem, virum ſuum, ac Hugonis Capeti fratrem, tranſtulit, vt ex Paulo Æmilio, lib.3. ſub Rodulpho* Burgundo, & Hugone *Capeto, ex Gulielmo Paradino, cuius verba ſupra recitauimus*, & *ex Vgone* Gemblacenſe, *lib.6. cap.19. clarè ſatis videri poteſt.*

Odo fuit Comes Pariſiorum, inde tutor Caroli ſimplicis, & Regni Rector, & tandem à Proceribus vniuerſis Rex Franciæ proclamatus, teſtibus, Gaguino, lib.5. ſub Ludouico & Carolono, Sigiberto, *ſub anno, 890.* Ottone *Friſingenſe, lib.6.cap.x.* & *Vgone* Gemblacenſe, *qui lib.6.cap.19.dicit,* » *Poſt hoc defunctus eſt Ludouicus* Rex *Franciæ filius* Caroli *Calui, relinquens filium ſuum paruulum Carolũ nomine, qui Simplex appellatur, cum Regno in cuſtodia Odonis* Principis. *Eodem tempore gens incredula Nortmannorum per Gallias*

ſeſe diffudit, cedibus, incendiis, atque omnis crudelitatis genere debachata. Deinde Franci, Burgundiones, & Aquitanienſes, Proceres congregati in vnum, Odonem Principem elegere ſibi in Regem. Obiit anno, 899. nullo relicto filio.

Robertus Odonis frater, & Superioris Roberti alter filius, autore Paulo Æmilio, lib. 3. ſub Odone, Magiſter equitum fuit, inde poſt fratris mortem, in ſpem erectus, receptusq́; à proceribus Rex, diu contra Carolum ſimplicem Regni ſimultatem geſſit, & tandem contra illum pugnans, ſub anno 922. dum iam victor eſſet, occiſus fuit, Teſtibus, Sigiberto, ſub anno 922. Vrſpergenſe, ſub anno 897. & 920. & Vgone Gemblacenſe, lib. 6. cap. 19. Is vnicum reliquit filium, nomine Hugonem.

Hugo, qui Magnus cognominatus fuit, fuit Magiſter equitum, Comes Pariſiorũ, ac Dux Francorum, teſtibus, Paulo Æmilio, lib. 3. ſub Ludouico Tranſmarino, Vgone Gemblacenſe, dicto cap. 19. & ſupplente Aimoinum,

» *lib. 5. cap. 43. Sequenti quoque menſe pridie*
» *Idus Nouembris Lotharius filius eius (dicit de*
» *Ludouico Tranſmarino) iam iuuenis vnctus*
» *eſt in Regem: &* Hugo Magnus *factus eſt*
» *Dux Francorum. Hic in vindictam patris*
ſui Roberti, à militibus Caroli *ſimplicis occiſi,*
Carolum ipſum regno priuari, carceribus confi-
ci, ac Rodulphum Burgundum agnatum ſuum
in Regem *Franciæ creari curauit. De quo Vr-*
» *ſpergenſis, ſub anno. 897.* Cuius filius Hugo
» *ob necem patris* Regi *ſemper infenſus, conſilio*
» *ſuo egit per quoſcumque potuit, vt* Ruodulphus
» *filius* Richardi *Burgundionis, eo multum re-*
» *clamante* Rex *crearetur, &* Carolus Rex *ab*
» *Heriperto eiuſdem cognato, per inſidias cape-*
» *retur, carcerique manciparetur, in quo poſt*
» *quinquennium defunctus eſt. & rurſus, ſub an-*
» *no. 920. Hugo verò filius* Ruperti *adhuc ado-*
» *leſcens egit apud quoſcumque potuit, maximé-*
» *que apud Heribertum cognatum ſuum, qui*
» *erat vnus ex Magnatibus, vt in deiectionem*
» Caroli, *loco patris ſui alius* Rex *crearetur,*

ſeipſum verò promoueri nolebat, quia patris «
interfectio illud diſſuadebat. igitur conuocatis «
Principibus Rudolphum *Richardi Burgun-* «
dionis filium, ſatis eo reclamante, Regem con- «
ſtituunt. Idem Hugo vxorem habuit Hauidem Henrici Regis *filiam, & Ottonis 1. Imperatoris ſororem, teſte Sigiberto, ſub anno. 965.*
Otto Imperator *penthecoſtem Aquiſgrani ce-* «
lebrauit, concurrentibus ibi à Francia ſorori- «
bus ſuis, Regin*a videlicet* Francorum *Gerber-* «
ga, matre Lotharij Regis*, & Caroli* Ducis, «
& Hauuide *vxore Hugonis Comitis Pari-* «
ſiorum. Quorum filius fuit Hugo, qui poſtea «
regnauit in Francia. «

Hic tres reliquit filios, Hugonem *Cape tum primogenitum, qui, vt ſupra Sigibertus ait, regnauit in Francia, & regnum in euum permanſurum in ſuos poſteros tranſmiſit.*

Secundus eius filius fuit Otho, *qui cum Giſilberti* Ducis *Burgundiæ filiam in matrimonium duxiſſet, ex teſtamento ſoceri Dux* Burgundiæ *eſt effectus.*

Tertius fuit Henricus, qui poſt mortem fratris ſui Othonis, & ipſe eſt etiam conſequutus Burgundiæ Ducatum.

De quibus omnibus, tum poſterioribus, tum maioribus ab Odone, cùm multi ſint, qui ad ſatietatem vſque pertractent, latius dicere è re noſtra non iudicauimus. At cùm id, quod propoſuimus, ſimus proſpere conſequuti, Capetũq; & poſteros commune cùm Carolo Magno genus habere plenè iam ſatis, & apertè probauerimus: supereſt duntaxat Stemmatis arborem delineemus, vt intuitu etiam oculorum verum id eſſe, quod diximus, quiſquis, etiam mediocriter in rebus verſatus, facile cognoſcere poſſit.

FINIS.

5552770

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google